IOANNIS ANDREAE
I. C. BONONIENSIS
OMNIVM CANONICI IVRIS
INTERPRETVM FACILE PRINCIPIS,

In ſextum Decretalium librum Nouella Commentaria

Ab exemplaribus antiquis, mendis, quibus referta erant, diligenter expurgatis, nunc impreſſa.

His acceſſerunt doctiſſimorum virorum annotationes,

Summis, ac rerum omnium memorabilium Indice locupletiſſimo.



Venetijs, Apud Franciſcum Franciſcium, Senenſem,
M D LXXXI.

ELENCVS TITVLORVM

alphabetico ordine digeſtus.

F I N I S.

IOANNIS ANDREAE

BONONIENSIS

IVRIS CANONICI FONTIS VBERRIMI,

In Sextum Decretalium Librum Commentaria (quæ Nouellas appellauit) acutisſima.

CVm eram paruulus, loquebar vt paruulus, ſapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus. Cũ autẽ factus ſum vir, euacuaui, quæ erant paruuli. prima ad Corinth.xiij. licet diuinæ Maieſtatis conſilium ſupernaturaliter quandoq; reuelet paruulis, quod ſenioribus tenet occultum. Matth.xj. Lucæ. x. Naturali tamen ex curſu diſcernimus paruulos ætatis progreſſu, & experientia caſuũ pleniorem veritatis mẽſuram attingere, quaſi pedetẽtim, vt ſcripſi ſuper clemẽtinarum procemio, quòd probat idẽ Apoſtolus ad Hebreos.v.in fi. dicẽs. Omnis qui lactis particeps eſt expers eſt ſermonum iuſtitiæ paruulus enim eſt. Perfectorum autem cibus eſt cibus ſolidus eis qui pro conſuetudine excitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni & mali, & ad Epheſ.iiij. Iam non ſumus paruuli fluctuantes & circumferentes nos omni vento doctrinæ. Et ob hoc dicebar pſalmiſta de ſe pſal. xxxvj. Iunior fui etenim ſenui. & patrinus meus beatus Hieronymus ad Nepotianũ de vita clericorum dicit, quòd quis ætate fit doctior, vita inſtructior, & temporis proceſſu ſapientior. Ibi vide in Hieronymiano, in prin. Ad idem.xxvj. quæſt.iiij. ſciẽdum. poſt prin. Cum autem reprehenſibile docẽtis verbo vel ſcripto principaliter conſiſtat in tacendo dicenda, vel dicendo tacenda. lxiij. di. ſi rector. in princi. vtriq; reprehenſioni in gl. huius libri me ſciens fore ſubiectũ exiſtimaui hoc vtile cõtra primum proſequi ſuper hoc libro Nouellam, quæ tacita ſuppleat, & contra ſecundũ apparatum, additionibus tamen pauciſſimis reformatæ, quæ ſuppleant, quod de originali deficit. & maxime propter clementinas, corrigendo quod expedit, qđ imprudenter fieri æſtimabit imprudens, vt dicit Aug. in li. retractationum, in princi. facit de accu. qualiter. j. & cõcor. quas allegat ibi. iij. gl. Conſtat etiam, vt eodem libro dicit Augu. ꝙ in multiloquio facile falſi loquium incidit, cui bene conuenit, de iureiuran. & ſi Christus. in fi. Et dicit Hieronymus in prologo libri Iob. Eſſe non poteſt, quòd in aliquibus non errent multa ſcribentes, ꝗa vero ſicut malum eſt homini, vt veritas eum vincat inuitum, ita bonum eſt illi, vt volens vincatur ab illa, ſecũdum Augu. in epiſtola ad Paſcentium arrianum, in fi. Ideo quia paruulus ſcripſi, nunc autem in ætate virili volens me veritati ſubiicio, imitando Hieronymianũ, qđ vide in Hieronymo ſuper Abdiam, in princi. Et eſt præſciẽdum, quod ſi gloſſas meas inordinarias recipi, vel in ſolennibus chartis circa textũ deſcribi putaſſem, nullũ, vel ſumme breue procemium poſuiſſem, & ꝗplura breuius deſcripſiſſem. ſed ſperãs ſaltẽ alterum per alterũ de compilatoribus ordinarias gloſſas ſcribi, mihi licere putabam deformes chartas ouinas interdũ de non multũ expedientibus occupare. Secundo ſciendum, quod ad ſenarium numerum pertinet tres fuiſſe huius libri cõpilatores, de quibus in procemio, & tres fuiſſe gloſſatores, de quibus conſtat. ſ. dñm Io. mona. & me, qui fuimus ꝯcurrentes, & Archi. qui ſcripſit primis apparatibus publicatis. In quibus autẽ diſcordauerim ab eis in modo gloſſandi, dicam. j. ſuper prima rubrica. Quamplures autẽ ſecuti ſunt nos tres, quorum aliqui omniũ trium faciũt mentionẽ. Ego autem prædictorum duorum & aliorũ ſcripta hic inſeram, prout potero, decurtata, quod ſuũ fuerit cuique tribuendo. Eſt. n. vt dicit Plinius ſecundus ad Veſpaſianum, benignum & plenum ingenij pudoris fateri, per quos profeceris. Item obnoxij profecto animi & infœlicis ingenij eſt deprehendi in furto malle, quam mutuum reddere &c.

SVMMARIVM.

1 *Cauſæ tantum ſunt quatuor, quarum duæ ſunt eſſendi, ut materialis, & formalis, & aliæ duæ fiendi, vt efficiens & finalis.*

PROOEMIVM.

BOnifacius. Anteq̃ ad tex. vel glo. primã deſcendã, eſt ſciendum, ꝙ Io. mon. cardinalis in hoc ſumme commẽdandus, ꝙ poſt cardinalatũ ſatis laborauit ad ſciẽtiam in ſe augendã, quam & aliis in hoc libro cõicauit, nulli dirigens opus ſuũ. Inchoabat poſt Dei inuocationẽ, ꝙ quia ſm philoſophum. Scire eſt rẽ per cauſas cognoſcere. 23. q. 8. occidit. de teſti. cum cãm. iõ dicebat ſe
1 velle cauſas diſtinguere, dicens † ꝙ cauſæ ſunt quatuor, quarum duæ ſunt eſſendi, vt materialis & formalis, & duæ fiendi, vt efficiens & finalis. ſubdens, ꝙ finis eſt cauſa cauſarum in intentione, ſed eſt effectus cauſarum in executione. xxxv. di. ab exordio. & c. ſexto die. Dat exemplũ. Intendo domificare ad hũc finẽ, vt domus me protegat a calamitatib. ab intẽſis calorib. & pluuiis, hic finis mouet efficientẽ, motus p hoc efficiẽs ꝑparat materiã, & tandẽ in mã præparata inducit formã, ex quib. finis inducitur vt effectus cauſarũ. De cęteris. q̃ hic proſequitur, vide, qđ dixi in procemio Gregorianæ ꝯpilationis ſuper. j. gl. Archi. aũt opus ſuum dirigens ad rectores vniuerſitatis ſcholarium huius ſtudij narrat, quomodo ad ſtudentium inſtantiam aſſumpſit hoc opus gloſſandum ſm capacitatem ſibi datã à Deo, cuius multæ ſunt operationes. j. q. j. multæ. Inchoat autem, quo Deus formauit hominem &c. p modũ quẽ ſcripſi poſt Goff. ſuper Rubri. de ꝯſtitu. cõcludens pro Chriſti ſuffragio ſuæ matris & beati Petri principis apoſtolorũ, quẽ dicit ſuum continuum directorem. ¶ Prima gl. legitur,

sine recitatione, tamen tria facit. nam allegatione & cã
prænuisis inuocat suffragium diuinum, exprimens ad
quid, secundo ponit operis vtilitatem, quam optat. ter-
tio de quadruplici hominum sermone loquens operis
defectus excusat & profectus attribuit Archidia. quem
commendat & cui submittit hoc opus. ¶ In glo. ibi,
[*postuletur.*] Valerius libro .x.c.iiii. Humana consilia casti-
gantur, vbi se cœlestibus præferunt. Et ibi. [*christianus*] in
fin. & ibi soluit glo. contrarium canonis. xxii. quæstio. ij.
quæritur. Et ibi, [*psalmista*] cum psalmo. lxxiij. Quam di-
lecta tabernacula tua domine. Et ibi, [*detrahentibus*] con-
tra quas Hieronymus in prologo Esdræ, cum post prin.
præmisisset, quod detractores sui sæpe contra se conscië
tia repugnante lacerant, quæ occulte legunt. subiicit in
fi. Nunquam meum Christo iuuante silebit eloquium,
etiam præcisa lingua balbutiet, legant qui volunt; qui
nolunt abiiciant, eueniilent, apices literas calumnien-
tur. magis vestra charitate prouocabor ad studiũ, quam
illorum detractione & odio deterrebor. Et Aug. de er-
rore monachorum loquens in libro de natura boni. di-
cit, quod sensus perdiderunt studio contradicendi. Et ibi,
[*insufficientissimum*] Hieronymus ad Pauli. vi. c. Sola scrip-
turarum ars est, quã passim sibi omnes vendicant. Scri-
bimus indocti, doctique poemata passim. Vide in Hie-
ronymiano super Galath. & sup Mich. D. Et ibi collegi
hoc quod sequitur, honoris sui causa dictum fuit, cum
enim circa ipsius beneficia factis tunc mereri non pos-
sem, decuit verbis animum non celari. Ipse. n. me gratis
doctorauit inuitum, liber. n. & inops, latentus & iuuenis
seruile docentis officium & magisterij onus & senium
subire nolebam. ad quod me ipsius reuerentia & dolus
bonus induxit, hæc dixi, ne credas adulationis actum,
qui post infantiam continuè displicuit, in adolescentia
placuisse.

S V M M A R I V M.

1 *Seruus seruorum Dei, quis summorum Pontificum primum sibi hunc titulum assumpserit.*
2 *Papa scribens vniuersis debet se præmittere, & præter eum nemo.*
3 *Bononia quando cœpit habere studium.*
4 *Doctrina interpolata perit, continuata viget.*
5 *Cletus papa natione Romanus primus in suis literis posuit hanc clausulam, & apostolicam benedictionem.*

BOnifacius. Salutatio, & contra id,
quod hic se papa præ-
mittit, ponit Archid. quod scripsi post Vin.
in procemio gregoriano super ver. Grego-
a rius [a] seruus seruorum Dei. legitur in cronicis Mar. quod
1 beatus Gregorius fuit primus qui sic se scripsit, habetur au-
tem clausula i. quæstio. iii. saluator, in titu. & c. ex multis,
in fi. xxx. quæstio. iii. capitu. ij. in titulo. & 3 de senten. ex-
commu. relatum. In fi. secundum Archi. Hieronymus
ad Rusticum natura bonus dicens, seruum serui esse te
conuenit, de Dyogene legimus, quod cum dixisset Alexan
drum seruum seruorum suorum, interrogatus ab eo, qua
re id dixerat, respondit, ego præualeo cupiditatibus meis
refrenans illas & subiiciens mihi illas, vt mihi seruiant,
tibi autem cupiditates præualent & illarum cum seruus
efficeris, illarum obtemperas iussioni, seruus igitur es
seruorum meorum [*dilectis*] dicit Archi, quod quando-
que papa vocat dilectissimos. xii. quæstione prima dile-
ctissimus. in princi quandoque subiicet hanc dictionẽ,
xii. quæstio. iii. cap. iij. xxiiii. quæstio. i. didicimus in titu,
quandoque vocat reuerendissimos. xxx. q. iii. capitu. ii. In
2 tit. [*vniuersis*] dicit Gui. in gregorianis. quod † alius, quã
b papa scribens vniuersis non debet se præmittere [b] quia
posset litera peruenire ad maiorem, hic tamen scribitur
generi certo. [*Bononie*] ethimologiam nominis, quam
3 hic ponit Ioan. mona. Et † quando hic cœpit esse stu-
dium, vide in clemen. de magi. capitu. j. in glo. dicitur.
[*Commorantibus*] dicit Ioan. mona. quod per hæc verba in
strui cupientem studere in quinque. s. vt eligat locum ap
tum ibi, Bononiæ. doctorem idoneum ibi. doctoribus,
quod studio vacet ibi, scholaribus, vt dicam super glo. quod
se ad diuersa non distrahat. ibi, vniuersis. quod cõtinuet stu-
dium, quod dicit colligi per interpretationem per ver-
4 bum commorantibus. & inducit illud. Doctrina † scho-
laris interpolata perit, continuata viget. alle. ff. de lega.
iij. l. legatis. § ornatricibus. [*Salutem.*] per salutationem fit
indignationis remissio. lxiij. distinctio. cum Adrianus.
in fi. Insti. de iniuri. in fi. & per pacis osculum sacramen
tis ecclesiæ consentitur. de conse. distin. ii. pacem. [*Apo-
stolicam benedictionem.*] cum maioris sit benedicere. xxi. di
stin. denique. ipse omnibus christianis maior ipsius me
rito benedicit. Benedicere vero debet populo, qui ip-
sum non meruit consecrare. xcvj. di. ecclesiæ, & vt dicit
5 Archi. † legitur in prædicta cronica, quod Cletus natio-
ne Romanus primus in suis literis posuit hanc clausu-
lam, vnde quandoque papa ponit solum salutẽ & non
plus. xxi. quæst. iij. Cyprianus. & xxiiij. q. j. didicimus. in ti.
quandoque etiam subiicietur salutatio, vt prædictis. ca. j.
q. iij. ex multis. & xxx. q. iii. cap. ij. in titulo.

A D D I T I O N E S.

a ¶ Seruus seruorum. Papa ante coronationem non dicitur seruus ser-
uorum, vide Bal. in proœ. decre. & gl. in proœ. cle. in ver. pontificatus.
Spec. in ti. de rescrip. præsen. § viij. ver. item. & Abb. in dicto proœm.
clemen.

b ¶ Præmittere. Nota hic, quod solus papa scribens debet se præmittere. Pa-
pe autem qualiter scribatur, vide in Spec. de appel. § iij. ver. alij sunt,
& de rescrip. præsen. § iij. iuxta prin.

S V M M A R I V M.

1 *Prosper vnde componitur.*
2 *Volumen vnde dicitur.*
3 *Infinitum dicitur multis modis.*
4 *Digerere est per ordinem scribere.*
5 *Gratia per papam facta nondum scripta in solita literarum forma, vel scripta sed nondum bullata, an expiret moriente papa. & nume. 6.*
7 *Scriptura probatoria principis debet intercedere in concessione dignitatis, vel officij, quam facit princeps. & nu. 8.*
9 *Scriptura, quæ fit ad faciliorem probationem, ideo sine illa valet, quod agitur, dummodo probari possit.*
10 *Donatio imperialis an egeat scripto.*
11 *Numerus senarius quare dicatur perfectus.*
12 *Donatio, quæ ante nuptias dicebatur fieri, & augeri, an tunc possit fieri. & augeri constante matrimonio.*
13 *Prænomen & cognomen potest licite mutari, dummodo fiat sine alterius præiudicio.*
14 *Tempus centum annorum dicitur longissimum tempus vitæ humanæ.*
15 *Bonifacius vnde dicatur.*
16 *Patribus sanctis consuetudo fuit mutare nomina his, qui in melius mutarentur.*
17 *Sergius natione Romanus primus Romanorum Pontificum nomen suum mutauit, vocabatur prius os porci.*
18 *Episcopi consecrantur, presbyteri ordinantur.*
19 *Gradus non inuenitur super gradum episcopatus quo ad regimen corporis mystici & vera spirituales & sacramentales actiones.*
20 *Episcopus Hostiensis papam consecrat.*
21 *Scholarem esse, est in studio vacare.*
22 *Aetates quatuor notantur.*
23 *Aetates, vel generationes mundi non variantur secundum substantiam sed secundum statum.*
24 *Aliquota quid sit.*

SAcrosanctæ. Incipe cõstructum ibi, præsidentes. secũ
dum Ioan, mona. secundũ quem hoc proce
mium diuiditur in quatuor partes, in exor-
dium narrationem. j. § sanè. argumentationẽ. j. §. quẽ li-
brum conclusionẽ. j. §. vniuersitati. primã subdiuidit in
duas, in exordium gñale. secundo in magis concretum vel
speciale.

speciale. In primo tangit eminentiam Romanæ eccle-
siæ in præsidentia & in subditorum cura. secundo eius
eminentiam in iurium antiquorũ declaratione & no-
uorum editione ibi, & quas. secunda principalis ibi,
sanè. primo narrat de causa efficienti principali. secun-
do ibi. per venerabiles. de causa efficienti non principa-
li sed cooperante vel instrumentali, tertio in quibus. in
fi. huius operis ex narratis concludit. iij. principaliter. pri
mo arguit operis perfectionem ex numero senario. se-
cunda ibi, nec sine causa. ex dispendiorum, expensa-
rum & laborum euitatione. quartam non subdiuidit,
[*credita*] id est commissæ, sic de appella. dilectis. in prin.
[*dispensationis.*] sumitur hoc verbum pro iuris relaxatio-
ne, & pro dispensatione secundum Ioan. mona. & vi-
de supra de torneamen. capitulo secundo, in glo. penul.
1 [*prosperitate*] † componitur prosper, ex procul & asper,
quasi procul ex asperitate & molestia. Archidia. [*con-
cessum*] quia omne datum optimum &c. j. quæstione ij.
quam pio. Archi. [*& quas*] hic iunge reprimamus, pro-
ut nobis est possibilitas, & quas &c. [*papa*] vide, quod su-
per hac dictione no. in procemio clemen. §. hoc sanè.
in princi. [*apicem,*] ex apes apis, & apes apicis, vt scripsi in
clemen. de iureiurã. Romani. in prin. [*gratia*] vide, quod
no. in clemen. de magi. capit. primo. in. v. gl. [*magistrum.*]
infra dicit doctorem. vide, quod no. in clemen. de ma-
gi. cum tit. in. iij. glo. [*in domo*] vide quod no. in clemen.
2 de statu mona. ne in agro. in prin. [*voluminis*] † sic dicti
a voluo voluis, propter multam reuolutionem charta-
rum, sic & certo libro legistarum inuoluit nomen volu
minis, quia in illo diuersorum compositorum libri vo-
luuntur, quod non est in aliis, [*qui numerus.*] vnde dici-
tur, & quomodo diuersimode sumitur numerus, tra-
ctat hic Archi. quod plenius videre posses in Catholicõ
3 in dictione numerus. [*Infinitos.*] † tractat hic Ioan. mo-
a na. quomodo multis modis dicitur infinitum.[a] Vno
modo secundum philosophũ dicitur de eo, cuius quan
titatem accipientibus est aliqd assumere vltra, & sic ap-
positio in quantitatibus discretis, & diminutio in conti
nuis in infinitum procedunt. Item sumitur infinitum
pro innumerabili, vt hic, & eccle. j. Stultorum infinitus
est numerus. Item pro generali, de rescrip. capitu. ii. Item
idem est, quod valde excedens. ff. ad. l. fal. alienus. Item,
idest quotiescunque. ff. de lega. iij. fideicommis. §. si quis,
x. Item. i. quicunque aliquid generis nominati. ff. de fun.
instru. cum de lanionis. §. aliuã. Item quælibet pars. ff. de
serui. si cui. Item. l. quantumlibet. ff. de in litem iu. videa-
mus. §. iurare. Item. l. quod incertum, vel indetermina-
tum. ff. de condi. & demonstra. l. conditionum. Item si-
ne temporis præfinitione. C. de sacrosan. eccle. l. fi. ff. de
dam. infec. qui bona. §. vlti. [*digestum*] concor. proœ. cle-
men. in princi. & quod ibi dixi secundum Io. mona. in
addi. hic exponit digestum. i. deserte gestum, eũ in hoc
libro superflua sint amota dubia & declarata, vt supra,
4 §. sanè. nam † digerere est explicare ordinate, seu peror-
dinem describere, sicut dicuntur libri digestorum, quia
in eis iura explicantur, & ordinate scribuntur, sic & ci-
bus digeri dicitur, quando purus ad membra nutrientia
dirigitur, de conse. distin. v. nihil. & se. [*transmittimus*] hic
5 tractat Archi. † an gratia[b] per papam facta nondũ scri-
b pta in solita literarum forma, vel scripta, sed non bulla-
ta expiret moriente papa, & tenet quod non, alleg. infra,
de præben. si apostolica. in fin. insti. de dona. §. perficiun
tur. C. de dona. inter vi. & vxo. donationes. ii. C. de test.
omnium, & quia in beneficijs ex collatione sine tradi-
tione ius transit, infra de concess. præben. capitu. fin. &
sic olim consului in quadam causa ecclesiæ Tudertinæ
inducens inter alia. xxv. quæstione secunda, institutio-
nis, & quod ibi no. quod hic Archi. nõ alle. & obtinui,
facit constitutio super cathedrã. circa fi. ver. nos etenim
innouata per concilium Vien. & de sepul. dudum, vbi
de hoc. Et huic conuenit, quod plene scripsi de. l. vel cõ
stitutione, an in illa necessaria sit scriptura, infra de reg.
iur. nemo potest ad. dicit hic Archi. quod quidam ma-
gis curiales licet hoc fateantur, dicunt ad probationem
rei gestæ literam requiri, pro quibus facit. j. quæstio. j. le-
gum. extrauagans Bonifacij. iniunctæ, & de senten. ex-
communi. proinde. in fi. infra de testi. præsentium, viii.
quæstione v. capitu. j. allegatur etiam. ii. quæstio. vj. si epi
6 scopus. & quæst. v. quanto. hinc est, quod is † cui per pa-
pam fit gratia ipsius literis debet esse munitus, infra de
simo. ex diligenti. in fi. & facit quod ibi no. ¶ Ad primã
partem contrariam. s. quod expiret ipse Archidia. alle.
C. de diuer. rescrip. sacri affatus. C. de quadri. præscrip. be
nea Zenone. §. quæ omnia reseruantes. Et no. quod in
7 illa. l. sacri. loquitur in priuilegiis. † Item in concessione
dignitatis, vel officii, quam facit princeps, intercedere
debet scriptura probatoria principis. C. lib. xij. de agen. in
re. l. matriculam. circa fin. C. de re mili. neminem, in
princi. C. de diuer. offi. l. probatorias. & facit, quod
ibi no. Item facit. C. de epis. & cleri. si qua per calumniã,
in fi. in auc. de sanc. epi. §. interdicimus. colla. ix. C. li. xii.
de consuli. l. vlti. in auc. de non alienan. re. eccle. § si mi
nus, quæ habetur. x. quæstione secunda. §. sed & permu
tare, supra de re. permu. si princeps. xx. quæstione iiij. mo
nachum. xix. quæstio. j. duæ sunt. xxj. quæstione ii. capi. j.
lxxj. distinctio. hortamur. de cleri. non resi. fraternitati.
Item quia in talibus non quæritur ius, nec transit domi
nium sine scriptura. C. de fide instru. contractus. C. de
suffra. l. j. tamen quod ibi dicitur speciale, vt ibi no. Item,
8 † literæ in talibus sunt loco tituli. facit, quod dicam, in-
fra de lit. contesta. exceptis. super glo. penul. & vide, qđ
dicam post Hostien. infra de priuile. capitu. primo. §. in
eos. super ver. indultum. ¶ Ad contrarium quod non re
quiratur scriptura, alleg. supra de cleri. peregri. inter qua-
tuor. & capitu. tuæ. C. de pactis. pactum quod bona fide,
9 & C. de fide instrumentorum. l. in literis. Item † cum scri
c ptura,[c] fiat ad faciliorem probationem, sine illa valet,
quod agitur, dummodo probari possit. ff. de pig. contra-
hitur. ff. de fide instrumen. l. in re. Item cum scripturam
vel bullam requiri non sit iure cautũ, superstitiosis &c.
secunda quæstione v. consuluisti. xcvj. distinctio. vbi. ff.
soluto matrimo. l. si vero. §. de viro. Item res non erat
integra ex quo per prouisionem, vel collationem facta
erat gratia, infra de rescrip. si pro te. & sic habebat ius in
re. infra, de concess. præben. capitulo finali, & sic non ex-
pirat, licet scriptura facta non esset, vel bulla apposita.
sunt enim isti actus diuidui & abinuicem separati, vt pa
tet per no. per Innocen. in prædicto, capitulo. excep. Si
enim essent indiuidui ex parte nil diceretur factum. C.
qui testamen. face. possunt lege furiosum. ff. de appel. l.
in executionibus. §. secundo. Dicit etiam Archidiaco.
quosdam distinxisse, an gratiæ factæ annexa sit iurisdi
ctio vel non, vt primo casu requiratur scriptura. C. de
10 manda. princi. l. j. secundo non † quia imperialis dona-
tio eget scripto. C. de donatio. sancimus. §. exceptis. fa-
cit ad hanc distinctionem. C. de nup. auc. maximis.
vidi plures vice cancellariorum testificantium certas
literas tempore mortis papæ fuisse in cancellaria bul-
landas toto illarum literarum inserto tenore. Item
quandoque literæ papales de tali testimonio, mentio-
ne facta super ipsis gratiis dantur sub bulla prædecesso-
ribus suis, ergo quas ante compilationem huius libri
fecisset, non loquitur secundum Archid. & facit, quod
infra dicam. de præben. capitulo tertio. ¶ Prima glo. tria
facit. primo quærenda circa principium librorum se
dupliciter excusando remittit. secundo diuidit. tertio
ponit casum. ¶ Secunda glo. facit tria, auctorem
commendat, nominis ethimologiam ponit, quærit
obiiciendo de leg. & tripliciter soluit legi respondens
¶ Tertia glo. de stilo scribendi remittit, quærit, op-
ponendo soluit, & ex solutione arguit. ¶ Quarta glo.
respondit per quæstionem, vel obiicit, quam soluit
quadrupliciter & remittit. ¶ Quinta glo. remittit,
quæstionem soluit. ¶ Glo. quid de aliis, quærit &

remittit. ¶ Vltima glo. salutationis, dicit quid conferat benedictione, dat. viij. similia & determinationem ponit. Reliqua glo. proœmii. respondit in tex. præter glo. senarij numeri, quæ respondit per quæstionem,
11 † quare numerus senarius dicatur perfectus, primo dat duas solu. quas non approbat, ponit tertiam, quam
12 approbat. Glo. constitutio, dat duas remissiones. ¶ † In glo. secunda, ibi. [*§. est & aliud.*] donatio, quæ olim ante nuptias dicebatur, fieri & augeri potest constante matrimonio, & dicitur propter nuptias, vt nomen rei sit
13 consequens. & ibi. [*de mun. vo. l. j.*] liber † sine fraude vel alterius præiudicio licitè sibi prænomen vel cognomen immutat. ¶ In glo. a schola. ibi, [*ea quæ pater.*] alias, quę paret. ij. filius emancipatus ea, quæ pater in studio sibi ministrat. in portione hæreditaria non computatur, nisi probetur patrem credendi animo ministrasse, & ibi, [*habita.*] scholares & eorum nuncij ad loca studiorum securè venire & habitare possunt, & damnum inferentes cum nota infamiæ reddunt quadruplum. Et eligit scholaris, an velit conueniri coram magistro suo, an coram ciuitatis episcopo. & vide post Hostien. in summa, de magi. in fi. ¶ In glo. xxij. ibi, [*iubemus enim.*] ibi, sic ecclesia religionis & fidei perpetua mater est, ita ipsius patrimonij seruetur illæsum. ¶ In glo. no. rubricas. ibi, [*quod quis. iur. l. j.*] ibi edictum, quod quis. iur. in tex. reperitur. ¶ In glo. xxxv. ibi, [*vt inter diuinum.*] dicit,
14 † longissimum vitæ hominum tempus centum annorum. ibi [*nomen. § j.*] vbi aliud non exprimitur, appellatione portionis continetur dimidia. ¶ In glo. prima, ibi, [*notata fuerint.*] Idem Archi. cum Ioan. mona. hic prosequitur de quadruplici causa, de quo vide, quod, supra dixi, & quod plenius scripsi super glo. prædicta. Diuidit etiam hoc opus in tres partes, in proœmium, tractatum, & epilogum. ij. infra titu. primo. iij. infra de regu. iur. ¶ In glo. secunda ibi [*vnicam decre.*] in decretis tamen habetur. [*Bonifacius.*] lxxix. distinctio. sed quare, xcvij. distinctio. capitulo primo, & secun. xii. quæstione, secunda, cum deuotissimam post princip. & de conse.
15 distinctio prima, vasa. secundum Archid. † Et ibi, [*bona faciens.*] vel secundum Ioan. mona. dicitur a fascia, quod est ligatura, nam sparsum bonum ligauit & redegit in hunc librum. bonum quidem honestum quo ad morum reformationem, vtile quo ad causarum decisionem, delectabile quo ad illuminationem intellectus & accensionem affectus. & ibi, [*mutationem nominis.*] de pœ. distinctio. j. sunt qui arbitrantur. de consecra. distinctio. iiij. primum. & cap. si ex quo. & cap. baptizandi nomen, vij. quæstione. j. scias. l. distinctio. ferrum. xl. distinctione, capitu. primo, & ibi, [*ut nostrum.*] vt tollatur præsumptio carnalis successionis. viij. quæst. j. apostolica. vel affectus carnalitatis, de præben. graue. Et ibi, [*Deus omnipotens.*] de conse. distinctio. j. solennitates. Archidia. & ibi, [*in nouo.*] Matth. xvj. & ibi, [*est nomen*] potuit idem sumi ex veteri testamento Gen. xvii. in princi vbi Deus promouens Abraham mutauit illi nomen dicens, eris pater multarum gentium, nec vltra vocabitur nomen tuum Abrã, sed appellaberis Abraham, quia pater multarum gentium constitui te. Et scribitur sine aspiratione. Stephanus in proœmio clemen. inducit glo. super epistola ad
6 Ro. in princ. † qui dicit, quod moris fuit sanctorum patrum, quod quando mutabantur in melius, mutabatur
d eis nomen.[d] & vide in Hieronymiano. capitu. iij. de Iesu Naue, qui prius Duses Naue vocabatur. & ibi, [*inquisitio-*
17 *ne.*] vt legitur in cronica Mar. Sergius † seruus natione Romanus prius vocabatur os porci. vnde sibi & post eum successoribus fuerat mutatum nomen, quod in aliquibus prædecessoribus fuerat prætermissum, alleg. Fran. in proœmio grego. compilationis. iiij. distinctio. statuimus, quod intitulatur Theodosio, alias Telesphoro. xj. distin. nolite. Lucio. xx. distin. sic omnes agathoni. ad idem. xxxuij. distinctio §. sed postea. ibi [*de Mar.*] ibi ẽt tractatur quomodo mutetur, dicens aliquos dicere, ꝙ dato libro nominum papalium, nomen recipit, quod occurrit. alij, quod dato libro recipit, quod plus placet. ¶ In glo. iij. ibi, [*maiorem.*] facit, quod no. xxj. distinctio in nouo. in princi. ij. glo. & xxxij. distinctio. capitu. j. & ibi, eucharistiæ. Et sic circa verum corpus Christi, fatentur enim, quod episcopo compe⸗tit certum officium circa mysticum corpus Christi, quod est ecclesia, circa quod exercet certas spirituales actiones, quæ inferioribus nõ competunt, sicut conferre sacramentum confirmationis, ordinis & alia, de quibus. xv. distinctio. perlectis. ver. ad episcopum. lxviij. distin. quamuis, & habet etiam iurisdictionem, de qua de offi. ordi. conquerente. [*differunt solum.*] caracterem imprimi solum in his ordinibus, qui relationem habent ad verum corpus Christi, nõ ad misticum, & pro eis, quod psalmistatus non sit ordo. facit, lxxvij. distin. illud. xciij. distin. a subdiacono. de episcopatu bene facit, de seru. capitu. vno, in fin. & de sac. vnct. c.
18 vno. ad fi. in quibus dicitur † episcopos consecrari, presbyteros ordinari. vnde olim presbyteri preficiebant ex se vnum quem episcopum nominabant. xciij. distinct. legimus. ver. quoties. & xcv. distinctio. olim. contra. de psalmista patet de æta. & quali. cum contingat, vbi dixi de hoc. De episcopo vide multa iura in decre. quoties, statim alle. super glo. secunda. Solu. si concedatur, quod ipsi dicunt, characterem ordinis solum relationem habere ad verum corpus Christi, & confectionem eucharistiæ, dicetur episcopatus ordo largè, non propriè quo ad characterem. sed cum videamus ex ordine presbyterali competere aliqua, quæ tapiunt corpus misticum, sicut baptizare, pœnitentias dare, in extremis vngere, non video quare in episcopatu ex respicientibus corpus ipsum misticum negetur imprimi characterem, potissime cum ipse solus sit imprimens characterem ordinis saltem sacri. Non iuuat, si dicas, characterem habet ordinis, quem confert. quia illius virtute non confert. Tamen si huic dicto resistatur, dicemus, quod papa
19 ideo se vocat episcopum, quia † quo ad regimen corporis mistici circa spirituales & sacramentales actiones nõ est gradus super episcopum, quicquid enim quo ad talem actum hierarchiæ potest papa, potest episcopus, &
20 sic quo ad id sunt æquales. † Hinc est etiam, quod Host. episcopus papam consecrat, vt dixi. s. de priuile. antiqua. in princi. Vnde Hieronymus tractans de septem gradibus ad Iusti. Narbo. ponit episcopum pro vij. vide quod ibi in tit. ¶ In glo. tertia, ibi [*ipsis dicitur.*] ad hoc quod no. j. quæstione vij. quoties. & in. iiij. glo. Archidia. ¶ In glo. [*a schola.*] quod grecum, latinè dicitur vacatio. Adde, qd dicam, infra ne cle. vel mona. capitu. ij. in princip. ¶ In gl. [*quid de alijs, in fi.*] dicit Ioan. mona. quod quando epistola dirigitur publicationi, tunc omnes tenentur, vt hic, & constitutionibus authenticorum vt plurimum in ipsorum fine. ¶ In glo. [*multi. in fin.*] secundum quem melius dixisset studentibus, secundum Ioan. mona. dicit, quod solos studentes intendit includere, quod secun
21 dum eum probat ver. scholaribus, † quia scholarem,[e] es
c se, est studio vacare i. intendere. ¶ In glo. per benedictionem. ibi, [*omnis.*] & Guil. in repertatorio de pęni. & re. §. scire debent. post princi. & in fi. simile, quod dixi de senten. excommunica. si quæ. in glo. pe. ¶ In glo. xliij. in fi. Io. dic. certum. xxiij. quæstio. iiij. ecclesiæ. Archidia. ¶ In glo. in auc. [*in fi.*] colla. ij. hic tamen interposuit illud quandoque, quod ibi non habetur, imo incipit ibi. omnes nobis dies ac dies contingit cum lugubratione & cogitatione degere. ¶ In glo. me teste [*in fine.*] habes historiam Luc. xix. in princip. quia cum perambularet Iesus Hiericho, vir nomine Zacheus quærebat Iesum videre, & non poterat, quia statura pusillus erat, & præcurrẽs ascendit in arborem siccomorum, vt videret illum, quia inde transiturus erat. ¶ In glo. no. rubricas. ibi, [*auctoritas.*] de rubricis huius voluminis & legum intellige, in rubricis decretorum non est vetitum, de hoc no. Ioan. iij. quæstione ix. chartæ, in rubrica.

brica.& in præ.§. hæc autem verba .& de hoc in Specu. de dispu. & alleg. in fi.& vide, quod ibi dicam. ¶In glo. xxxv.ibi, [*ætatibus.*]de his sex hominis ætatibus Archid. infra de cleri.ægro.capit.vno.vbi quasi ad literam ponit
22 ver. Isidori.xj.ethymo.cap.ii.† Accur.ff.ad.l.fal.hæreditatum.distinguit quatuor ætates tantum, scilicet pubertatem, adolescentiam, iuuentutem, & senium. tene cum glo. vt in prædicto canone. fateor tamen, quosdam naturales, vel phisicos solum has quatuor ætates distinguere pueritiam, iuuentutem, senectutem, & senium, ad instar iiii.temporum anni. prima calida & humida, sicut ver. secũda calida & sicca, sicut æstas. tertia frigida & sicca, sicut autũ⁹. quarta frigida & humida, sicut hyems.
23 Et scias, ꝙ † ætates vel generationes mundi non variantur secundum substantiam, sed secundum statum, sicut & ætas hominis, de hoc, infra dicã. & ibi, [*quatuordecim.*] fallit in duobus casibus, quos dixi, de deli.pue.super rubrica. vbi vide diuersas significationes pueritiæ. Et ibi, [*inter diuinum.*]septima dicitur quiescentium, & sic intelligitur, quod no.s.de celebra.miss.capit. primo, in vlti gl. Octaua erit resurgentium, [*a Noe.*] in hac fuit institutio & lapsus generis humani. ibi, [*Abraham.*] in hac fuit generis humani destructio per diluuium & reuocatio ad Dauid. Acc.C.de sum.Trini.inter claras aliter ponit, scilicet quòd vsque ad Moysen. Et. iiij. vsque ad Dauid, tene cum glo. & in hac fuit circuncisionis & legis constitutio. Et ibi. [*Babylonis.*] floruit lex in hac sub regibus & prophetis.& ibi, [*vsque ad aduentum.*] fuit in hac populi captiuatio & redemptio, & ibi, [*sexta.*]sub hac humani generis redemptio, & ibi, [*clare.*] longe clarius quam Isidor. li.iij.ethymol.ante medium libri, vbi breuissime hoc ponit, hic tamen addit, ꝙ in mille diebus numerus perfectus a.iiij.xcvj.sed non exprimit aliquos, quæ sunt vnum, duo.iiij.viij.xvj.xxxj.lxij.cxxiiij.ccxlviij.ex quibus collectis resultant.iiij.xcvj.nec dicas, quod eadem ratione cuius dimidia.s.ccxlviij.sit numerus perfectus, nam numerus.xvi.id impedit, quia non est pars aliquota de. ccxlviij.& est aliquota de duplo trigĩta vna vicibus sumptus, sed.xv.vicibus sumptus facit. ccxl. & sumptus vicibus.xvj.facit.cclvj.sic etiam in.xxviij.cuius dimidia sunt xiiij.non est numerus perfectus, quia numerus quaternarius id impedit, qui aliquoties sumptus facit plus vel
24 minus. Est † autem aliquota dupli septies sumptus, vt.s. in fin.vide, quod no. in clemen. de hæreti.ad nostrum, in.vj.glo. ¶In glo. sicut in fin.Io.mona.alleg.de scisma, c.vno.in fi.vbi hæc & alia, sed de processu loquitur. ¶In glo.super rubrica. ibi, [*continuandæ non sunt.*] concor. Archidia. qui etiam illas non continuat, sed Ioan.mona. contra qui communiter illas continuat, quod non placet, nec fuit talis intentio auctoris per rationem quæ sequitur, sed in alio mihi discordat vterque, cõstitutiones enim compilatores Gregor. allegant pro.s. & j.secundum materias, ex quibus existunt. Sed ego omnes illas allego.s.& mihi videtur absurdum, ꝙ existens in quarta parte voluminis, vt proœ.constitutiones quintæ partis vel anterioris inducat, vt.j. sepositas. Item secundum id erratus sum, compilati.Gregori.non allegamus vt.s.cõstitutiones huius libri, quæ præcedunt materias, in quibus legimus, vel scribimus, quod per se patet absurdum, nec ex more receptum. Et adde, quod no.in cle. super hac rubrica.in innocentianis & gregorianis, quas mandabant auctores prædicti in compil. Gregorij sub debitis titulis collocari, procedebat ille modus allegandi, sed hic est ratio contraria, vt prædixi.

ADDITIONES.

a ¶Infinitum quot modis dicatur, quod autem infinitas sit euitanda, vide Dyn in.l.j.de leg.3.& ibi Bald.& Docto.l.j.C.de senten. quę pro eo quod int.prof.l. dominus, de cond.inde.& per Bar.in.l.qui bona.§.fin. de dam.inf.

b ¶Gratia per papam. An gratia non scripta prosit, vide Bal.in l. humanum.C.de legib.& in c.j.per quos fiat inuestitura. Inn.in c.construmus, de appel.& Bal.in marg.in verb.gratia.

c ¶Cum scriptura. No.hic, quod scriptura sit propterea ꝙ hominum memoria sit labilis, ut no.in Spec.de dona.vers.ita pone. & an semper sit necessaria ad probandum ea, quæ fieri debent in scriptis, uide Compost.in.c.j.de elect.lib.6.Rot.in decis.413.fuit dubitatum, in nou.

d ¶Nomen.mutatio nominis an & quando sit permissa, uide Bar. in.l.demonstratio.in fi.prin.de cond.& demons.

e ¶Scholarem.Scholaris non vacans studio non habetur pro studente, nec priuilegiis scholarium gaudet.in Spec. de resti.in integ.§.i.ver. si vero.Et an parum studens gaudeat priuilegio, vide Bald.in auth.habit.& Paul.de Castr.in.l.scriniarios.de testa.mil. adde Alex.de Imo.in add.Bar.in l.1.C de Tiron.l.Item turbans socium, ne studeat, conuictus nõ appellat.Bal. in.l.j.uers.quod si vnus. C.si de momen. posses. fue. ap.

¶De summa Trinitate &c. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Fidelis dicitur, qui credit credenda.*
2 *Spiritus dicitur multipliciter.*
3 *Plurificatio actuum habetur secundum plurificationẽ suppositorũ.*
4 *Fideles omnes dicuntur fratres.*
5 *Ecclesia Romana est omnium ecclesiarum mater & non domina.*
6 *Tacens non utique fatetur.*
7 *Confitemur voluntary profitemur respondentes.*
8 *Hæreticus an ligetur pęna excommunicationis per constitutionẽ canonicam.*

CAP. PRIMVM.

1 FIdeli. †Credens credenda & seruãs promissa dicitur fidelis [*deuota.*]de uoto enim necessitatis tenetur ad hoc christianus quilibet, j. q.i. ecce cum honoris, de cõse.distin.iiij.prima.
2 [*spiritus.*]† Archidia. posuit hic glo.theologam quomodo multipliciter dicitur spiritus. quandoque enim dicitur anima. Matth. xxvii. Iesus autem clamans voce emisit spiritum. Secundo spiritualis intelligentia.ii. ad Corinth.iij.Litera occidit, spiritus autem viuificat. Tertio actus respirandi. Hypocras. si spiritus frequens sit dolorem significat, eccl.iij. similiter spirauit omnia, ibi glo. vnus spiritus est omnibus. quarto ira vel indignatio. Gene.vj. Non permanebit spiritus meus in homine. Quintò superbia.eccl.x.si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris. Sexto, dicitur spiritus sanctus Matth. iiij. in princi. ductus est Iesus in desertum a spiritu. Septimo sumitur pro verbo Dei, ad Ephe.v. Accipite gladium spiritus, quod est verbum Dei. Octauò idem est quod homo. psal.lxxvii. spiritus vadens & non rediens. Nono idem est, quod vita. Iob.xvii. spiritus meus attenuabitur. Nota etiam, quod super illud Matth.ii.vtinam essem & non habens spiritum, dicit glo.vbicunque sine additamento in nouo vel veteri testamento ponitur, accipitur in bonam partem, [*duobus.*]quasi primum sit a patre, secundum a filio, non duabus. non obstat, quod pater & filius sint duo supposita. Et quod secundum philosophum actus
3 sunt suppositorum.& sic secundum † plurificationẽ suppositorum habetur plurificatio actuum, depẽdet a duobus, scilicet a ratione agendi principaliter & secũdario a supposito. Si ergo supposita agentia sint plura, & rationes agendi sunt plures, sequitur, quod actiones sunt plures, vnde patet, quod generationes plurium hominum sunt plures, quia supposita sunt plura, & quia potentia generatiua plurificatur ĩ eis, vbi vero supposita sunt plura, & ratio agendi sit vna, vnica erit actio. Verbi gratia. pater & filius & spiritussanctus sunt tria supposita, quia tamen potentia creatiua est vna in eis actus creationis, non erit nisi vnus, ergo & in proposito, cum

pater & filius ſint duo ſuppoſita, tamen potentia ſpirati ua eſt eadem in eis, ergo eadem & vnica erit ſpiratio. vñ licet pater & filius ratione ſuppoſiti ſpirent vt duo, ratione agentis ſpirabunt vt vnus ſecundum Ioan. mona. [*ſpiratione.*] ſpiratio reſpicit actum ſpirandi vt ibi, ſpiritus vbi vult ſpirat. de renunc. niſi. §. iii. [*proceſſio.*] ſpirationis effectum, vt in hymno. veni creator, ſed myſtico ſpiramine verbum factum eſt caro &c. Guil. & Arc. [*procedit.*] hoc tractatur in j. ſent. xj. diſ. [*Mater.*] xii. q. ii. qui abſtulerit. xvi. quæſ. j. nos autem. de conſecra. diſtinctio. iiii. mater. de magiſ. capitu. j. nam ipſa nos genuit. lxviii. diſt. capitu. vlt. ſ. per baptiſmum. vt prædicto. c. qui abſtulerit.
4 quo † reſpectu omnes fideles dicuntur fratres. xj. quæſt. iii. ad menſam. Archi. [*Ipſa.*] quæ ſuis vberibus omnes nutrit. ii. quæſtio. vi. ad Romanam, his reſpectibus Federicus in ſua conſtitutione, quæ incipit. vocauit hæreticos materni vteri corroſores. [*magiſtra.*] vide. ſ. in exordio, ſuper ver. magiſtratum. facit. xxvii. quæſtio. iii. lex diuinæ. pater autem magiſterium, quia quicquid vbique locorum eſt dubium, ab ea declarandum exquiritur, vt ibi. & ſ. qui filii ſunt legit. per venerabilem, quod autem ipſa eccleſia, vel papa non habeat dominium, Inducit Archi. verbum beati Ber. ad Eugenium. iiii. cap. in fi. ſic
a dicentis, Conſideres ſanctam eccleſiam Romanam,[a] cui auctore Deo præes omnium eccleſiarum matrem non dominam. te nõ dominum epiſcoporum eſſe, ſed vnum ex ipſis ad hoc. vii. quæſtio prima, mutationes. in princi. & dicit Archidia. ꝙ forſan propter hoc ſcripſerunt Innocen. & Hoſti. de immuni. eccle. quia plerique. vt ibi poſt eos, ſcripſi in glo. mag. ante fin. quod ſi imperator vel princeps ſine iuſta cauſa faceret conſtitutionem, quòd dominia rerum transferantur in alios, non tenet conſtitutio nec in foro animæ, nec in foro ciuili ſeruanda eſt, argumen. xii. diſtinctio, capitu. j. ſed contrarium videtur notari. ix. quæſtio. iij. per principalem. tamen vt dicit Archi, quicquid dicat Ber. eccleſia Romana diuina. lxxix. diſtin. oportebat. & papa dicit eccleſiæ meæ. xcvii. diſtinctio. eccleſiæ. quod videtur ad dominium pertinere. de hoc. xli. quæſtio. j. §. vlti. [*vera.*] dicit Archidia. verum dici tripliciter. ſ. quod habet eſſe contra falſitatem. ad hoc. xxij. queſtio. ij cum humilitatis. & cap. is autem. in principio. §. ille ergo. Item verum, ꝙ habet apparentiam cum debita exiſtentia ſubiecti, & ſic eſt contrarium ſimulationi & fantaſiæ. Item quòd habet naturalem proprietatem contrarium permixtioni. [*nonnulli.*] potiſſimè greci, contra quos etiam ſuper aliis duobus manauit olim concilium generale, de baptis. licet, ſm Francis. [*Irrefragabilis.*] quaſi contradicibilis, vel Irretractabilis. [*errores.*] Errari non poteſt, niſi rerũ ignorantia. xxxviii. diſtinct. quamuis. ¶ Prima glo. ponit caſum. ¶ Quarta glo. obiicit & ſol. ¶ Glo. confunditur, ponit motiua Grecorum & reſponſionem ad illa, in fi. obiicit & ſoluit. ¶ Glo. no. quòd, diſtinguit. ¶ Glo. aliquorum, obiectionem dupliciter ſoluit. ¶ Vltima quærit, arguit negatiuè & ſoluit. ¶ In gl. ij. [*ibi i fi.*] ſequitur, deuo-
6 taque conceptione ſancimus &c. ¶ In glo. vlti. [*ibi. † qui tacet.*] ſequitur, nõ vtique fatetur, ſed verum eſt non negare ¶ In glo. i. ibi. inciderunt. de diuerſis erroribus circa ſpiritum ſanctum habetur. xxiiij. quæſtio. iij. capi. penul. ver. Cathafrigiis, & cap. Boetium. & ver. noxiam. & ver. ſequen. & ver. macedonicum, & hic omnes ſpecificabat hic Francis. Vercel. & ibi. [*ſcilicet.*] quòd ab hinc recipe ſummarium caſum, & in fin. ſecunda ibi, ſed quia, ſecundum Ioan. mona. ſunt tres partes. in prima narrat proceſſionem ſpiritusſancti. in ſecũda firmat illam. tertia damnat contrarium ſentientes. ¶ In glo. ii. ibi. [*mentem.*] quaſi ſincerè, purè, & non ſimulatè. Ioan. mona. Archidia. & ibi. [*humili.*] vel timoroſa. Archidia. ¶ In tertia glo. in fi. dicit Ioan. mona. fatemur coacti, inde fa-
7 teor fari teneor † confitemur voluntarii, profitemur ſpõdentes. vnde profeſſo facit monachum, de regula. porrectum. ¶ In gl. confunditur. ibi, [*edicto.*] ꝙ quidam dicũt descriptum Romæ in tabula argentea poſt altare beati Pauli ad mandatum Leonis papæ, vt primo ſenten. xi. diſtinct. cap. iij. & ibi. [*ſperemus.*] & ibi de hoc. & ibi. c. vlti. quod intellige, vt no. de conſe. diſtin. v. ca. vlti. in gl. quia vult Archidia. & ibi [*quam addere.*] vide, quod dixi, de cele. miſ. cum Marthe, ſuper glo. ii. cum ſtra remiſ. & ibi. c. penul. in glo. mirum eſt. & ibi. [*ſed dic.*] ſm Guil. In glo. de his. ibi. [*ad nos.*] quod intellige, vt no. xvii. quæſtio. iiij. conſtituit xxviij. q. j. ſæpe. in fi. ſ. de iudæis. iudæi ſiue. Archi. ¶ In glo. j. in fi. quod exprimitur. ſ. eod. damnamus, ver. licet. ¶ In glo. aliquorum. ibi [*patrum.*] vt primo ſenten. xi. diſtin. capitu. fin. & ibi [*imperatoris.*] refert Franciſ. Vercel. quod ibi fuit perſonaliter ipſorum patriarcha, & ſolennes nuncii imperatoris. ¶ In glo. qui cunctorũ, [*in fi.*] de hoc ſatis in textu. & glo. j. q iiij §. notandum. & xxxviij. diſtin. in ſumma. ¶ In glo. ſ. eod. [*in fi.*] vel damnamus ſententia, reprobamus actu. Archid. adde, quod dixi in prin decre. damnamus. in prin. ¶ In vlti. glo. ibi,
8 [*ſolutio.*] ſm Guil. & ibi. [*hereticus.*] † & an conſtitutio canonica liget illum ad pœnam excommunicationis, remittit Archi. ad no. per ſe. j. de ſentent. excommu. cum quis. vide, quod notaui in cle. de hæreti. ca. j. ad fi. in glo. hoc patet, [*& in fi.*] de eo qui negat ore, ſed non corde, nota. xj. q. iij. non ſolum ij. alle. capit. penul. & de pœ. diſtin. j. poteſt.

A D D I T I O.

a ¶Romanam. Eccleſia Romana non eſt omnium eccleſiarum domina ſed mater, Papa quoque, non eſt dominus epiſcoporum, ſed vnus ex ipſis. Ad hoc poſſet adduci, quod habetur. 63. diſt. ego Ludouicus. & ut, dicitur, ꝙ ſit dominus omnium rerum eccleſiaſticarum, intelligitur quoad protectionem tantum. Card. in cle. j. de ſum. Trinit.

¶De conſtitutionib. Rubr.

S V M M A R I V M.

1 *Conſtitutio dicitur quaſi commune ſtatutum.*
2 *Papa poteſt auferre conſuetudinem iam inductam & ſeruatam & inducendam vetare.*
3 *Princeps poteſt futuram legem inferioris auferre.*
4 *Iuris condendi diſcrimen non tollitur ex varietate locorum.*
5 *Conſuetudo elicita an vocetur ius.*
6 *Statutum locale cum ius ſit in loco, quomodo poſſit dici facti.*
7 *Errare in nullo diuinum eſt potius, quam humanum.*
8 *Pontifex dicitur quaſi pontem faciens ad vehendos ſubditos.*
9 *Papa quibus nominibus appelletur.*

C A P. P R [I] M V M.

LIcet. Pro quamuis. Archid. [*habere.*] Dubitabatur, cum ſit tota vniuerſitas virtute ſecundum
1 Phyloſo. Io. mo. † [*conſtitutionem.*] quæ dicitur, quaſi commune ſtatutum, & verbum ſtatuti reſpicit ius ſcriptum. I. di. §. cum itaque. ſecũdũ Archi. & Io. mo. Intelligit hic etiam de conſtitutione extrauaganti, dummodo de illa conſtet. Et in hac materia ſic diſtinguit. aut ratio diuerſitatis poteſt videri inter canones, qui videntur aduerſi. aut non, primo caſu ſaluentur. xxv. quæſtio. j. §. his ita. de cog. ſpiri. capi. j. ar. C. de Iuſti. codice fa. §. quibus. huius ratio patet, infra de elec. cum expediat. ſi non poſſint. aut eiuſdem auctoris, aut diuerſorum, primo caſu dupliciter, aut eiuſdem papæ, aut alterius præſidentis, primo caſu, ſi ratio diuerſitatis inueniri non poſſit, & neuter de extrauaganti, præfertur poſterior, vt hic, & xix. di. Romanorum. Si dubiũ eſſet, pfertur corpore iuris clauſum. ſ. de fide inſtr. paſtoralis. Si vero ſunt alterius a Papa, dicit illum validiorem, qui potioribus rationibus vtitur, alle. Inſt. de contrah. emp. §. diuerſæ. j. di. §. ecce. xx. di. in prin. lx. di. ego ſolus. Si aũt diuerſorũ, ſi duorum, quorum alter maior, alter minor

vt

vt Papa & concilium,tunc canon maioris eſt potior.š.
de elec.ſignificaſti.ff.de albo ſcri.l. fi.xxv.q.1.§. his ita, ſi
parium.aut romanorum Pontificum.& tunc idem,qđ
dicit text.cum idem ſit principatus, licet ſubiectum ſit
aliud,arg.ff.de iud.l.proponebatur.dicit tamen,ꝙ poſſet
notari differentia: quia vnus poſſet ſibi legem indicere
per verba derogatoria.ff.de leg.iij.l.ſi quis in princi. teſti.
ſed vnus alterum hic iudicare poſſet.j.tit.j.c.ſi. Si aliorū
inferiorum,tunc idem vt ĵ.eodem.inferiori. prius,not.
argumento iurium prædictorum, vide quod dicam.ĵ.
de regul.iur.contingit.ſuper ver obuiantia.¶Obijcit de
2 mum,ꝙ † cum Papa tollere poſſit conſuetudinem iam
inductam & ſeruatam,& inducendam vetare.ĵ.de con
ſue.c.j.& li.de big.c.j.ergo cum conſuetudo legi æquiua
leat,& quandoque eam tollat.ff.de leg.l.quibus.4. diſt.§.
a leges.ſicut tollit conſuetudinem [a] inducendā. C.de fur.
3 auth.nauigia.ſic etiam legem faciendam.So.† princeps
inferioris futuram legem vt conſuetudinem tollere po
4 teſt,ſed non paris.š.de elec. innotuit. [*locorum*] nec † ex
varietate locorum inducitur diſcrimen iuris condendi
ſed ius frequentibus actibus inductum non tollitur no
ua lege,quæ hic non exprimit.& ſic non obſt.C.de tem
poribus in inte.reſti l.fi.ſm lo.no.[*ſingularium*]xj.diſt.ca
tholica.nam vna quæq; prouincia &c.76 di.vtinā. Arc.
[*& ſtatuta*]idem in pactis.š de dec.ex multiplici,& priui
legiis,de præſc.veniens.cum ratio ſit eadem ſm lo. Mo.
cum ſint facti,ponderatis actibus, ex quibus elicitur cō
ſuetudo.j.diſt.mos.& cap.conſuetudo.11.q.ij.ita nos.in
5 prin.ſed † cum elicita eſt vocatur ius.j.diſt.ius ciuile.in-
ſtit.de iure naturali.§.1.j.diſt.conſuetudo.ad inſtar regu-
læ iuris.ff de regu.iur.l.1.ſm Ioan.Mo.& Arch.ſed cum
6 † ſtatutum locale ſit ius in loco,quærit Archi.quomo-
do dici poſſit facti,reſpondit,quod eſt ius priuatum. xi.
di.catholica.non generale,quo regitur vniuerſalis eccle
ſia,vt ibi: hic autem omnes ſcire & cuſtodire tenentur.
š.c.canonum.& iſtud ignorare Papa non debet , quod
præcipit alios ſcire ſecundum Ioan. Mod.ix.diſt.iuſtum
[*papalis*] & ideo nec ignorare pſumitur, vt hic in prine.
particulare vero impoſſibile foret ſcire. & ideo non mi
rum ſi præſumitur ignorare. & ſic nec reuocare intelli-
gitur.ad primum.C.de veteri iure enucl.l.ij.§.ſi quid au
7 tem,omnium enim habere memoriā,& in nullo † erra
re,potius diuinum eſt,quam humanum . Ad ſecundū.
ff.de tranſac.l.cū aquiliana.& l.qui cum tutoribus . §.j.
& vlt.& l non eſt ferendus. & de contrahen. empt.l. in
lege.& de actio.hære.l.nec is.& l.ſi is ad quem. ſecundū
Archi. [*rationabilia*] vt ſint rationabilia ſtatuta epiſcopi
requiritur conſilium capituli, de his quæ fiunt, a præla.
quanto.ſi tamen ſine cauſa contradicant epiſcopo , di-
cit hic Arch.ꝙ non nocent, & habentur pro conſuetu
dinibus [*allegata*] no.lxv.diſt in c.j.in vlt.glo.& alle. iura
ibi alle.[*niſi*].de hac dictione niſi quando ponit,vel exci
pit,hic. Arch.de quo.ĵ.de reg.iur. peccatum.& ibi videas
plenius,per Cyn.C.de tranſac.l.4. [*derogare.*] concor.C.
de iuſti.C.compo.iuxta fi. ibi ſi qua no. Archid.¶ Quar
ta gl.alle.vnā concor & duo contraria & remittit.¶Gl.
[*de con*] alleg.tres concor.dat ſimile. de quo dat rationē
& regulam & duos caſus excipit.¶Glo. [*eſt contra*] obij
cit & ſoluit & iterum remittit.¶ Glo. [*ratio*] reſpondet
per quæſtionem,quam exemplificat & ſoluit inducens
ſex rationes.¶Vlt.gl.ſignat contrarium & ſoluit,& opi.
Hoſt.reprobatam dicit.¶In quarta gl. iiij.ibi, [*omnium*]
vide ĵ.in ſuppletionibus.¶In vj. gl. ibi [*non eſt nouum*]ſe-
quitur,vt priores leges ad poſteriores trahantur.& ibi.ſi
mihi.§ in legatis nouiſſimæ ſcripturæ valent.& ibi,[*au-
th. hoc inter liberos*] vide. Infra de re.iud.c.fi. ſuper v.glo.
ibi,[*ſi quis,in prin.*]vide de dona.cum dilecti. ſuper tertia
glo.In vlti.glo.ibi. [*§.diuus.*] vide in decre. paſtoralis. In-
fra alleg.ſuper i.glo.¶In j.glo.ibi. [*determinat*] no.xviij.di
ſtin quoniam.& duo facit.ſimilitudinem improbat ra
tionem reddens & caſum ſol. duas modificationes po-
nens,ſecunda ibi: ipſis.¶In ij.gl.ibi [*cleros*] vt ibi dicitur
8 verſi.Pontifex.Pontifex † tamen dicitur,quaſi via ſequē
tium, quaſi pontem faciens ad vehendos ſubditos exē-
plo vitæ & verbo doctrinæ.facit de offic.ordi.inter.vide
i t Hieronymo ad Fabiolam c.ad Occeanum.j.diſti. &
ibi appellatur de diuerſis ipſius nominationibus.Arch.
9 hoc tractans dicit, quod † quandoque dicitur Roma-
nus,vel Romanæ eccleſiæ epiſcopus.ſecunda quæſt.vi.ſi
epiſcopus accuſatus . aliquando vbis Romæ archiepiſ-
b copus.[b] vt 4.diſt.ſtatuimus,in tit.C.de epiſco.v.q. iiij. ca.
ſecundo,in ti. C.de ſum.trini.inter claras,aliquando Pa-
pa vrbis Romanæ.xcvij diſtin.auctor. in prin. aliquan-
do patriarcha.xxij.diſtin.cap.vlt.aliquando ſimpliciter
epiſcopus j.q.iij ſaluator.& c.ex multis.& ſe dicit mini-
ſtrum indignum.eod.ca.ex verſi.quapropter. ¶In glo.
iiij.ibi[[*omnium,*] dicit Archi. quod hæc lex non probat
id,ad quod inducitur, cum ibi dicatur , toto iure quod
in noſtris eſt ſcrineis conſtitutum.nō dicit pectore.ſed
ſi perficiatur oratio Bonifacij ibi, nec de eius ſucceſſio-
ne tractabitur.qui nobis mediis & toto iure vſque con
ſtitutum teſtem ſuccedit.Item,ꝙ de ſcrineis pectoris in
telligitur,probat hæc litera.& concor.de appel. ſæpe, in
prin.& ibi,pręterea,ibi non erat obliuio iuris, ſed exem
plorum.¶In vj.glo.[*in fi.*] an autem de verbis derogato
rijs primi facienda ſit mentio ſpecialis & expreſſa in ſe-
VT officium. Diuiſio in j. glo. & dicit Arc. ꝙ olim incipiebat, licet ſuſpectus. & ſic ꝓ infamiam & ſuſpicionem procedi põt in hoc crimine, ac ꝓ ſcandalum & tumultum populi. ſ. de pur. ca. inter. ij. q. v. oĩbus. lo. mo. [*ſanctiones*] ſ. e. ad abolendam. de pur. cano. inter. lo. mo. & Arc. [*impendatis*] quaſi hoc poſſint non obſtantib. ſnijs, quas diebus ſolennibus ter ĩ anno Papa profert ↄ tales, & ſuper hoc vide, quod ſcripſi. ſ. e. excõicamus. j. §. ſane. ſuper gl. j. qui ſint illi dies, vide no. in cle. de iudi. dudum. poſt prin. dicit Arc. ꝙ tales qui inciderunt in hæreſim damnatã, ẽt ẽps. vel ipſius ſuperior abſoluere põt. xxiii. qõ. iiii. ipſa pietas. hoc etiam no. lo. 24. q. j. c. ij. in fi. [*agni*] dr̃ agnus ab agnos, quod eſt purum, vel dr̃ ab agnoſcendo, quia præ cæteris aĩalibus matrem agnoſcit, ita ꝙ ſi in maximo grege errauerit balatu recognoſcit vocem parẽtis, inde reprehenditur paſtor, qui errat in agnoſcẽdis ouibus, cũ agnus neſciat ĩ agnitione matris errare. [*lupum*] dr̃ rapax. ſ. de ele. ne ꝓ defectu. trucidat. n. ſua rapacitate, qđ inuenit & dr̃ licos Grece, & principaliter inſidiatur ouibus, vt dicit Ar. hic lupus ſumitur pro hæretico, ſi. xxv. q. j. ſunt quidã. in fin.
1 qñq; † lupi dñr mali prælati, qui ſubditos lupino more dilaniant. ij. q. vi. de certo. in fi. item falſi cuſtodes. i. iudices. 4. q. 4. ↄ ritum, item laici reſpectu clericorum, quos mordaci dente lacerant. 87. di. nihil. item mali ſacerdotes, de con. di. 4. qũq. ver. nõ ob aliud. item qui falco baticantur, vt ibi, ex quo de lupulo quoque inferamus vtilius, dicit Ambroſius ĩ vi. exameron, ꝙ ſi lupus prius viderit hoĩem, q̃ videatur, ab ipſo vocẽ eripit, & cũ reſpicit quaſi victor vocis ablatę, ſed ſi ſe præuiſum ſẽſerit, ſe rocitatem deponit. & ſi inde lupus ſurrexerit, petram cape, & fugit. & ſubdit, petra tua Chriſtus eſt, ſi ad ipſum cõfugias, fugit lupus, nec terrere poterit. [*geram*] i. ne ſub ſpecie veræ reincorporationis in fide remaneant in errore. Arc. vide in Hie. ad Aug. V. [*verum quia*] ſecunda ps [*procedi*] de re. n. grandi, vel vbi de ſalutẽ aĩæ quærit, nõ ſegnius eſt agendũ. 7. q. vlt. c. vlt. in fi. xlii. di. quieſcamus. vł vbi de ſalute hoĩs agitur. C. de ap. addictos. & facit ad id, quod ſtatim dicam in reos huius criſ. ſ. hæreſis errore cauere debent, ne errent hi ꝓcipue, qui aliorũ errores corrigunt, de acc. qualr. j. & vide 18. di. q̃nis. in prin. [*ſeueritas*] dr̃ auſteritas rigor, integritas iudicij, & vehemẽtia vltionis. vnde ſeuerus ſatis verax, vel ſequens vera, qui. ſ. ſequitur ſine pietate iuſtitiam, de hac. l. di. vt conſtitueretur. [*vltionis*] vnde cle. punit illos, qui odio, gr̃a, amore lucro, vel cõmõ tpali ↄ iuſtitiam & ↄ cõſcientiã omittunt procedere, vbi procedendũ eſt, vel eodem obtentu vexant imponendo hæreſim, vel impedimentum officij, ꝙ dic vt in cle. c. ti. multorum. §. verum. [*teſtium*] quibuſdam vr̃, ꝙ in hoc crimine probando non ſufficiãt duo teſtes, ar. optimũ. ſ. e. excõicamus. §. adiicimus. ibi, tres aut plures. ſic no. Ho. in ſum. eo. ti. §. qualr. ver. vt tñ. & ſic iſte caſus erit addendus ad alios, qui no. 2. qõ. 4. in ſum. & facit, quod dixi ĩ ipſa gl. huius partis. Item durũ vr̃, ꝙ hõ bonæ famæ per inquiſitores, vel ordinarium de tanto crĩe damnari debeat ad dicta duorum teſtiũ, potiſſime cum truncetur ordo defenſionis in notitia teſtiũ. j. c. ſi. & interrogatoriis, quæ fiunt in alijs iudicijs. ſ. e. li. de teſti. præſentium. ↄ hoc facit, qđ ſtatim ſequit de duabus perſonis, cum ſuis concor. certum eſt aũt, ꝙ per ſingulares teſtes & tamam de tanto crĩe quis damnari non poſſet. ſ. de teſt. iã literis. & no. e. ti. veniens. j. debent. n. eſſe in crĩbus probationes luce clariores. C. de prob. ſciant cuncti. cau. 2. q. 8. tñ vt dicit Arc. no. Inn. de ſimo. ſicut. j. vt ibi ſcripſi, ꝙ in crĩe ſimoniæ & hæreſis minores probationes ſufficiũt. C. de hæ. l. ij. vide, quod ſcripſi
2 de hac l. de præſum. literas. ſuper gl. pe. dicit tñ, ꝙ † licet leuia ſigna ſufficiant ad conuincendum quem de hæreſi, illa tñ oportet plene probari in præ. c. literas. credit aũt Arc. teſtes cogendos, ſi ſe ſubtrahant. ſ. de teſti. cog. peruenit. qui celando veritatem peccarent mortaliter. xi. qõ. 3. quiſquis. & iurm̃, vel votum de celando non valeret. ſ. e. lib. de of. or. quia pleriq;. j. de reg. iu. in male. nec per exceptionem excuſarentur aliqui a ferendo teſtimonio ẽt coram ordinario. ad hoc. ſ. e. excõicamus. §. adiicimus. in fi. dẽt eſſe iudex in examinatione ſollicitus, & iterum inquirere, ſi confuſe depoſitũ eſſet, & maxime ſuper cã ſci. r. iterũ interrogentur, quod fieri põt. poſſent ẽt alij recipi ẽt poſt publicationem atteſtationũ, ex quo procedit ex offõ non ad procuratione partis. ſ. de teſti. per tuas. & c. cũ clamor. vbi de hoc ſcripſi poſt Inn. & Hoſt. ſi. de qõ. l. reperi. dẽt ẽt inquirere de inimicitia teſtiũ, cum illi, ↄ quẽ q̃ritur, non tradũtur noĩa, nec diuinare tenetur, vt ec. bñ. c. vno [*Religioſas*] qñque ſeculares clerici religioſi dñr. 4. diſ. denique. & laici. 4. 5. di. non liceat. ſ. de cõſti. eccleſia. & epi. ſ. de voto, ex multa. vbi de hoc. ſed forſan auctor intellexit ſtricte de illis, qui religionis habitũ ſuſceperũt, ad quod. j. § prox. ver. concedentes, pro quibus ꝓſumitur, de no. op. nun. c. ii. ver, ſuper eo. vbi de hoc no. ẽt hic Arc. requiri ẽt, ꝙ ſint diſcreti, ſunt. n. multi religioſi idiotæ & iuris ignari, vt ꝓ. c. ex multa. diſcretus aũt dr̃ in hoc, qui bñ diſcernit inter lepram & lepram. xi. q. iii. qũo. ibi quis & qualr ſit ligandus, vel ſoluendus, vt ibi, & de poe. di. vi. c. j. in prin. & iuxta fi. Arc. [*conſequentia*] i. conſpectus 9 q. 3. ſaluo. xv. q. vii. §. ſolus. & c. ſeq. Arc. [*publicam*] de præſum. illud. de ꝓſcri. ad audientiam. iuxta fi. [*perſonam*] cui de labore nõ ſatisfiet ab his, ↄ quos inquiritur, quia Iquiſitiones hñt fieri ſine incommodo reorũ, in auct. vt nulli iud. §. his in ſuper. coll. ix. Arc. vide, quod no. de do. & contu. cum dilecti. in vl. gl. & quod ibi dixi. [*ſerineary*] vide. ſ. eo. ſi aduerſus. [*præcipimus*] ergo neceſſario parẽdũ. 14. q. 1. quod
3 ꝓcipitur. quod. n. † Cæſar ꝓcipit, ferendũ eſt, quod imperat tolerandũ. xxiii. q. j. militare. & exponit Arc. ferẽdũ corpore, tolerandũ mente. [*ac exercuiſſe*] vult lr̃a, ꝙ licet fuerint notarij, ſi in ſeculo non exercuerũt offm̃, in religione nõ Inchoẽt. [*compeſcendi*] ſic ↄſtrue, ꝓterea cõcedimus vobis & ſui. ve. liberã auctoritate. ꝑꝑ. facultatẽ compeſcẽdi monitione ꝑmiſſa &c. [*cenſuram*] de ver. ſig. q̃renti. [*quæſtuarios*] de pę. & re. cũ ex eo. [*nullatenus*] ↄcor. cle. de pę. & re. c. ij. in prin. [*inuocato*] arguit & tenet hic Ar.
4 ꝙ † delegatus non põt inuocare brachiũ ſeculare. niſi ſpãlr ſibi ſit cõmiſſum. & dicit, ꝙ ſic tenet curia, de hoc ſatis dixi, de of. dele. ſignificaſti. & ideo hoc decido, vel ordinis ꝓdicatores, ergo in prouincijs, quibus hñt offm̃ cõpeſcere fratres minores, & econuerſo, licet multũ ſibi inuicẽ deferant, ꝙ eſt ↄmẽdabile. illa tñ ꝙ caueant a pęna cle. c. ti. multorũ. de qua dixi. ſ. pte ij. in prin. [*approbatas*] j. c. vt inquiſitionis. in prin. [*ſpolietur*] ꝑ ſñiam ſm̃ lo. mo. & Arc. facilius. n. ĩpedit in obtinendo, q̃ repellatur ab obtento. xv. qõ. j. §. vl. de iureiu. quẽamo. hoc dñt ad ſoluendũ. ꝙ dici põt, pęnas, q̃ ſequuntur, ipſo iure ꝓcedere. ¶ Prima gl. diuidit & ſummat. ¶ Quarta glo. ponit rłam ↄriã, dat ſiłe, & illud terminat. ¶ Gl. ꝑ hanc. no. ad qõnẽ de tabellione facto mõaco &c. ponit opi. Gui. ¶ Glo. ſ. de reſc. al. concor. quærit arguit pro, ſol. contrarium. ¶ In iiii. glo. ibi, conſul. l. 1. conſules ſeparatim auctoritatem ꝓſtant manumiſſioni. ¶ In gl. per hanc. ibi, Lauſepe. ẽt veteres leges ea, quæ diuini iuris ſunt humanis

nis nexibus non illigari sanxerunt. & ibi placet. nil
cõe habent clerici cum publicis actionibus, vel ad cu-
riam pertinentibus. & ibi,alienationes.voluntariæ alie-
nationis post inchoatum iudicium sa.erci.prohibent,
sed nõ necessariæ,& q̃ vetustiorem cãm hñt.& ibi.§.ca
sum:istius cęcus tenet adeptũ magnũ sed nouũ nõ adi
piscitur.& ibi,sed si viuo. gestor negotiorũ vt,illo mor-
tuo non inchoat noua,sed pficit inchoata.¶In gl.j.ibi,
& in eos.Io.mo.qui diuidit decre.in quatuor partes,de
qua facit partẽ scdam ibi,si vero.in aliis ꝯcor.¶In glo.
xi.q.iii.in fi.& c.nobis.ij.in fi.Arc.hic tractat,an valeat
absolutio nõ seruata forma.& tenet,ꝙ valet. & vide in
p̃.c.cum desideres.in vlt.gl. ¶In gl.mentiri.in fi.nisi,sol
uitur ꝯriũ de can.81.di.oportet. xvj.di. q.j. reuertimini.
5 quod hic ẽt soluit Arc.dicendo,ꝙ † falli vno mõ sumi
tur.i.in falsam opinionem duci.& hoc nõ cadit ĩ Deũ.
& sic loquitur.c.panẽ.& xxiiii.q.iii.Deus qñ.alio mõ su
mitur ꝑ fraudari,vel eius nomen falli, & sic loquun
tur ꝯria.¶In gl.s̃.de,in fi.& xxiii.qõ.iiii.tres personas.&
81.di.oportet.¶In gl.sic.s̃.in fi.& in extraua.dñt,quã al.
sequens gl.¶In gl.s̃.de rescr.ibi,ꝯriũ dico,idẽ Io. mo.&
Arc.rõ lo.est,quia licet,vt dicit.inter istas constõnes sit
prius & posterius tpe,nõ tñ approbatione,quia oẽs hu
ius l.constõnes simul approbatæ & promulgatæ fuere,
pro eo facit.C.de test.tu.l.ij.& quod ibi no.in vlt. gl.nõ
enim ex duobus tutorib.quorũ alter datus est in testõ,
& alter in codicil.vnus dr̃ antecedere,cũ ab adita hære
ditate simul incipiant.Arc.dicit,ꝙ illa iura loquuntur
in delegato,vel conseruatore,hæc loquitur de illo, qui
hẽt certam prouinciam limitatam,pp qd omnes de il
la prouincia sunt suæ iurisdictionis,& oẽs illas ad se vo
care põ & distringere,sicut quilibet alius ordinarius,ta
lis.n.inquisitor ordinario comparatur,allẽ.s̃.e. ne aliq.
¶In gl.pe.in fi.& s̃.eo.lib.de præben.si apostolicæ.

SVMMARIVM.

1 *Sniam nouam promulgari non est necesse in crimine hæreseos.*
2 *Literati differunt a prudentibus.*
3 *Militare non cogitur suis stipendiijs.*
4 *Fideiussoribus absentium pœna pecuniaria infligi potest.*
5 *Principio an possit fieri sine episcopo, vel eius officiali.*
6 *Metropolitanus est iudex suffraganeorum.*
7 *Prætor sententiam suam rescindere non potest.*

CAP. X.

VT commissi. Diuisio in j.gl.[*inhe
rentes*] si.s̃.de iura.
calum.c.j.[*committendi*]non loquitur negati
ue,sicut.s̃.de of.dele.c.si.vt dixi in cle. eo.tit.
nolentes.post prin.in glo.commissariis.[*aduocandi*]ecce
1 s̃m[*interuis*]dicit Arc.ꝙ † nõ est necesse in crimine hę
resis nouam sñiam promulgari,quia iam per canones
est antiquitus promulgata,& sic potius denũciatur,vel
declaratur,q̃ promulgetur.xxiii.q.j.c.j.vide quod dicam
j̃.e.cum s̃m.in fi.[*expedierit*]quod ipsorũ prouidentiæ
& arbitrio relinquit.facit,j̃.ver.prox.nec vocatus refer-
re poterit qõnem,quod non expedit.s̃.eo. lib.de rescri.
statutũ. §. assessorẽ.[*peritos*]nõ dicit prudentes, respicit
2 ergo † literatos,qui differunt a prudẽtibus.xi.q.ii. nemo
peritiorum.& Hug.in deriuationibus dicit,ꝙ peritus idẽ
est,quod doctus,& instructus, nec de quolibet literato,
puta medico,sed de theologis,canonistis & legistis hoc
dẽt intelligi.j̃.c.vlt.§.j.cum enim de crĩe mere ecclesia-
stico tractetur.j̃.e.vt inquisitionis §.prohibemus.per ca
nones cognosci dẽr & decidi. ad hoc,xi.q.j.si quis cum
clerico.cum suffragio tñ & famulatu legũ, xi.q.iii.sum
mopere.iii.q.ix.dignũ.& c. hortamur.x.di.si in adiuto-
riũ.a's imperii⁹.matheseos risui patebit.xxvii.di. qui de
mensa.s̃m Arc.pbeant gratis,põt tñ in hoc casu recipe
re salariũ,licet non exigere,cũ negotiũ fidei quisq; de-
fendere teneatur,xi.q.j.nolite.ii.s̃m Arc.qui per hoc di
cit rũsum ad c.non licet.xi.q.iii.& xiiii.q.v.c. in prin.&
3 ad iura quæ dicunt,ꝙ † suis stipendiis quis militare nõ
cogitur,de præscrip.cum ex officij.[*consilij*]dẽt iurisperi
tũs in consilio esse cautus,in patrocinando fidelis,& iu
stus in iudicando, vt olim habebatur in procemio pri
mæ compil.qñ aũt quis teneatur ex consilio , vide j̃.de
reg.iu.nullus ex consilio.[*obedientiæ*]vide s̃.e.li. de sepul.
c.j.[*conuocandi*] tertiũ,istæ conuocationes fieri solent ad
audiendas sñias & poenas,quas inquisitores infligũt ad
videndos aliquos cruciari.& expedit fidei talia publice
fieri ad instructionem & ẽt ad terrorẽ.[*clerum*] & po-
pulum.vide,j̃.de sen.ex.si sñia.[*& ꝯ illos*]quartũ.& itel
ligitur de aliis subditis , vel non subditis,ex quo in pro-
uincia delinquendo facti sunt subditi.[*procedendi*]qualr
in criminib.rr procedatur ꝯ absentẽ,no.ii.q.ix. in sum.
de do.& contu.veritatis.ad q̃ Arc.remittens putat,ꝙ si
constat de ipsorũ perfidia,& sunt ꝯ eos solennia edicta
proposita,pronunciari poterit super crĩne,si non ꝯstat,
locus erit decr.cũ contumacia.s̃.e.dicit ẽt, ꝙ fideiusso-
sib.absentiũ poena pecuniaria infligi poterit.ff. de cust.
re.l.si quis.de quo remit.xxiii.q.v.cũ hõ.licet ibi tex. vi-
deatur aliud dicere,hoc in citatis,qui ex quo p̃uenti fue
rãt,domicilij mutatio non obest.ff.de iu.om.iu.cum q̃
dam puella.de fo.cõp.proposuisti.Si vero citati nõ erãt
tñ ibi deliquerant,rõne delicti ibi ꝯueniri pñt , & sunt
remittendi.in Aut.vt nulli iud.§. si vero quis ꝯprehẽso
rũ.de quo vide ĩ cle.de re iu. pastora. ver. ꝙ si punitio.
Arc.hic remit.iij.q.vi.c.j.& de rap.c.j.per p̃dicta sit solu
tũ,quod opponebat Io.mo.dicens, ꝙ si hic loquebatur
de sñia ferenda,stare non poterat, cũ extra territorium
citare non poterat.ff.de of.præsi.l. iij.ff.de iur.om.iu.l.fi.
Idẽ si de executiõe, s̃.de fo.ꝯ.postulasti.dicebat,ꝙ de be
neficio huius constitutionis prorogabatur iurisdõ inq
sitoris,vel de fugitiuo loquebatur, qui remittendus erat
ad requisitionẽ inquisitoris,sub quo deliquit. C. vbi de
cri.agi op.l.j.& aut.ibi signata.qua in ꝓuincia.[*necnon*]
quintũ[*scriptis*]ita replicabatur,vt oĩa comprehẽdat, &
vide,quod scripsi de ꝓb.cũ cãm.super ver.libros.[*hęreti-
cos*]repete credẽtes &c.vt s̃.i.rñ.[*& illorum*]sextũ,& tol-
le literam mitigandi,vel mutandi pęnã illorũ &c.[*obe
dientes*]q̃rit Arc.qui dicãtur sponte ad grãm redire.Rñ-
det,ꝙ illi qui veniunt.j̃.tps grãæ,licet fuerint moniti, ne
que.n.coacti vñr.ex quo a nemine sunt p̃uẽti.bñ facit,
ff.ad Treb.l.j.§.si mater.cũ seq.Arch.dicit,idẽ si post tps
grãæ,re tñ integra,q a nec personalr requisitus, nec ꝓba-
tiones ꝯeũ receptæ,ad hoc.s̃.de p̃b.si tibi absenti.cũ cõ
cor.post tps vero grãæ personalr requisitus si veniat ĩdi-
gnus est venia.licet errorẽ detegat,& remittit, C.de his
q latro.occul.l.vlt.subdit,ꝙ hic nõ loqtur de talib.obe-
dientib.q non carcerarentur,& remit.ad sum.Ho.e.tit.
§. qualr dep̃hendatur.ver. aduerte tñ.[*carcer*] qui est ad
cautelã,ne.s.noceat , vel alios ĩficiat.& vt appareat , an
in tenebris,vel in luce ambulet.s̃.e.excõicamus.§. siq.
non tñ fit hoc diffinitiue ad poenam,quia rlr qs nõ dã
natur ad poenã carceris,quod dic,vt j̃. de poe.q̃uis.dicit
tñ aduertẽdũ,ꝙ absoluti, q postea detrusi sunt in carce
rẽ , vel aliis pnĩs leuiorib.onerati nullã diffinitiuã sñiã
receperũt.absolutio.n. illa ab excõicatione fuit, quam
ipso facto incurrunt nõ a crĩe, sed si tales sponte carce
rẽ exiuerant,quilibet excusationẽ legitimã non hñs po
test vt hæreticus cõdemnari,quia fingitur ficte ꝯuersus
simulare cõfessus,vel erroris pristini recidiuus. ad id de
poe.di.ii.c.i.nam exitus acta probat.xxij.q.ij.quod ait.&
facit.34.q.j.c.j.ad fi.no. ẽt , ꝙ in sñijs ferendis,vel pnĩjs
Iniungendis redeuntibus non dẽt iudex ꝓnunciare ta-
les hr̃ticos,vel credẽtes,quia non sunt.xxiiii.q.j.hæc est
fides.vbi de hoc.ij.q.vi.hoc dicit Apl̃s. & c.qui in eccle-
sia.nec pronunciabit eos fuisse, quia modus iste nõ est
datus a iure.Sed dicet sic.q a te inuenimus ꝑ tuã confes-
sionẽ, vel ꝓbationes legitimas hr̃ticũ , vel hr̃ticos ado-
rasse,nũc aũt saniori vsus ꝯsilio vis, prout asseris,ad vni
tatẽ ecclesiæ de corde puro & fide nõ ficta redire. ideir
co te in primis abiurata oĩ hæretica prauitate iuxta for
mã eccl'iæ ab excõicationis vinculis.qb. tenebaris astri
ct⁹,absoluim⁹,si tñ ad eã eo corde redieris, & iiũcta tibi

mandata seruaueris, & quia in Deum & sanctam ecclesiam modis prædictis teneré deliquisti, ad peragendam pœnam condignam in perpetuum carcerem te detrudi volumus & præcipimus, ibidem perpetuo remanere. nec miretur quis de eo, quod dictum est sub conditione si, nam causa tollendæ q̃onis expedit sic dici & poni. vt si, quod imponitur. non seruasset, cum non absolutũ fore appareat. Arc. habuit quasdã informationes officii inquisitionis, de quibus glo. in hoc ti. pluries posuit, q̃ quæ dicant inquisitores nr̃i tp̃is, bene pronunciant, illũ fuisse hæreticum, nec video quid obsistat. [*muro*] s. c. j. mirũ 3. di. xxvi. q. vii. tpa. l. di. accedens. & c. presbyteros. Archid. [*immutandi*.] de commuratione pœnarũ Arc. remi. 82. di. psbyter. ad fi. & de voto c. i. [*priuandi*] septi mũ. & pp alternatiuã, q̃ sequitur, vel priuatos &c. q̃ reperit. j. ver. pri. vidi dubitari, quibus verbis debeat hoc casu ferri snĩa. i. an debeat priuari, an declarari. qbusdam vr̃, q̃ illud priuãdi respiciat filios vel nepotes, q̃ puniũt ex alieno facto, nũciario respiciat principales, q̃ puniuntur ex proprio. huic lecturæ obstat. j. e. fęlicis. ver. q̃ filii, vbi et filii, vel nepotes in illo minori delicto, q̃ sit hæresis, priuati nunciantur, & per eundem modũ tollitur distinctio illa, aut bñficia fuerunt collata filiis nepotib. ante delictũ parentum. aut post, primo casu priuantur, scdo priuati nunciantur, cũ collationes fuerint irritæ. s. e. c. ii. §. fi. & j. e. statutũ. in prin. sed ille. §. q̃ si quis. loquitur de beneficiis collatis ante delictum. & si dicatur, alius casus, tñ rõ est maior, vt p̃ dixi. & vr̃ q̃ istæ disiunctæ veniãt exposi tiue, in sĩnis aũt vtuntur inquisitores & ep̃i verbis prout iacent. l. priuamus, priuatos denunciamus &c. [*absentibus*] alter non. & est si. s. e. lib. de of. or. Romana. in fi. & j. e. fi. §. iubemus. [*consilio*.] non dicit consensu. & vide, quod post Hos. scrip si decle. cum veteri. super. i. gl. quo iterũ requirit licẽtia. quãq; cõsiliũ, q̃nq; consensus, q̃nque req̃sitio voti. dicit Arch. quosdã dicere hoc cõsiliũ potius requiri de honesto, q̃ de iusto. in prĩũ al. p̃positionẽ de, q̃ de sui nã vr̃ importate necessitatem sequendi consilium s̃m Vin. in decr. pe. de consti. & dixi de arb. cum olim. super gl. ii. & plene dicam. j. de reg. iu. nullus ex consilio. ad fin. per quod videtur, q̃ sine ep̃o, vel eius officiali nõ possit fieri priuatio, ad hoc hæc litera sequens, q̃ excipit vnum solũ casum: & pot esse ratio, quia ipsius ep̃i est destituere. s. e. cũ ex in iuncto. in fi. xvi. q. ii. c. j. in fi. & q. vii. inuentum. subdit aũt, q̃ si clericus paratus est corrigi. & corde nõ ficto redire ad ecclesiæ vnitatẽ, deponi nõ dẽt, vt uo. xxi. di. nũc aũt. in gl. sed vr. in fi. [*eorũque filios*.] non sic in crie læ. maie. vt no. lvj. di. satis peruersum. in his proxi. narratur. [*a suo iudice*.] i. Metropolitano. q̃ qui est iudex suffraganeorum; x. qõ. iii. quia cognouimus. in fi. in p̃nũm, q̃ exponi dẽt suo iudice. i. sinodo, xi. q. j. si clericus aduersus. 33. di. quorundam. vbi de hoc. vi. q. iii. si inter. ix. q iii. saluo. Archid. dicit primum dictũ videri verius. & ad p̃ria rñdebitur. p̃ria loqui s̃m antiqua tp̃a, q̃n oẽs causæ defendebantur. ad concilia ep̃orum s̃m Hug. & Lau. sed Arch. dicit stan dum illis capitulis, cum hic agatur de ep̃o puniendo, vt in præ. l. c. quorundam. & s̃m id suus iudex erit Metropo. existens in concilio, & remit. ad no. per Inn. & Host. de præb. grauc. [*puniendos*.] vt hæreticorum fautores s̃m Arc. qui dicit, q̃ optime facit. j. e. decreuit. ¶ Prima glo. superscriptionem exponit & summat. ¶ Glo. quid in casu, quærit, & soluit. ¶ Gl. tr̃ ponit. rñ per p̃rium & solutionem ¶ Antepenul. glo. exponit distinguendo. ¶ Pen. al le. duas concor. & q̃onẽ sol. ¶ In gl. vlt. ibi Paulus. p̃tor nõ pot rescindere per snĩam suam. & ibi acta. §. j. pœna damnatorum post dictam sententiã sine principis auctoritate minui vel ampliari non potest. ¶ In vlt. gl. ibi. §. j. vide de do. inter dilectos. super v. gl. ¶ In j. glo. ibi, plura. ferrem. ¶ In gl. iiii. in fi. sed huius rõ redditur in prin. ca piuli. ¶ In gl. sic. s. ibi. §. videlicet, cum enim ibi dicatur, q̃ oportet cum multa cautela procedi, ad tantam cautelam sunt peritorum consilia oportuna. lo. mo. ¶ In glos. quid in casu ibi, cognoscere & illud omisit quasi indubitarum. & ibi, peccauit. forsan adorando, vel dogmatizando, hoc dico, quia vbicunque fit male credens ibi peccat. & vide, quod post la. Pe. no. Cy. C. de sum. tri. l. in fi. dixit enim lac. hæreticum alienigenam per Bon. transeuntem per Bon. iudicem puniendum, & si iudex proprius illum repetat, quia ex quo hæreticus est omni loco deliquit, a. l. l. Arriani. C. de hæret. Pe. p̃ quod remittendus est ad locum, vbi plus deliquit, & vbi notoria sunt eius delicta per. l. ff. de ac. si cui. §. fi. ¶ In gl. alter. in fi. Arch. dixit hoc ideo licere, q̃ snĩa non fuit diffinitiua. quod si fuisset, non licuisset, per iura, quæ al gl. hoc intelliges per id, quod dixi super ver. carcere. ¶ In gl. ii. in fi. sed hodie dic, vt in cle. eo. tit. multorum.

S V M M A R I V M.

1 *Legem cum euangelio obseruandam dicentes sunt hæretici.*

C A P. XI.

Contra christianos. Sol. dubiũ, q̃d fortificat ibi. & si. & ampliat ibi, & sicut ritum. i. mores & obseruantias. xxviii. q. i. sæpe. Arch. vnde s̃m Hug. ritus est mos vetustior & firmior, & dr̃ a ratus & a rectus. s̃m q̃ exponimus tite. i. recte & iuste j. de priui. c. j. post prin. vide, quod de sum. tri. firmiter. ver. & hoc vtrique. super ver. tite, aliqui dñr, q̃ ritus in re, mos in sermone. [*transferint*.] lex etiam istos punit confiscatione bonorũ. C. de apostata. l. j. quod verũ accusatione pbata. vt ibi dr̃, illi qui dñt legem cũ euangelio & circuncisionẽ cũ baptismo seruandã incidunt in hæresim dãnatam. de bap. maiores. post prin. [*infantes*.] i. tunc erãt aduhi. q̃to tp̃e sint tenendi in cathechismo. vide de cõ. di. iiii. iudæi. & c. ne quod absit. [*procedendum*.] & oẽs isti sunt excõicati. s. e. excõicamus. i. pri. & §. credẽtes. Io. mo. ¶ Secũda gl. obiicit, & soluit. ¶ Tertia gl. rñ. per distinctionem & q̃onem. ¶ Quarta gl. rñ. per obie. & sol. ¶ Vl. gl. quærit, arguit. negatiue. sol. p̃riũ. ¶ In gl. j. in fi. est sciendum, q̃ p̃ secundos habet in officio inquisitionis litera Clementis quarti data Viterbij pontificatus sui anno tertio p̃ vtrosque. litera Gregorij X. data Lugd. suo anno ij. & vtraque incipit, turbato corde. & ambæ mãdabant inquisitoribus, quod hic dr̃. itẽ s vtrãque sequebatur sic. iudæos aũt, qui Christianos vtriusque sexus ad eorũ ritũ execrabilem hactenus induxerunt, aut inueneritis de cetero inducentes pœna debita puniatis. p̃dictores &c. inuocato & c. Cõstat aũt, q̃ dec. vlt. j. e. in fi. referuat mandata prædecessorum istius libri constitutionibus non obstantib. vbi aũt prædicta litera non esset, videretur, q̃ iudæi talia facientes nõ caderent in offm inquisitorum, sicut. n. non caderent pp̃ hæresium, cum constet eos large hæreticos, quia nõ credunt articulos fidei. maxime respicientes humanitatẽ Christi, vt no. xxiij. q. iij. §. qui no. & dixi. s. e. ti. c. iii. lup. i. gl. quod & voluit Gui. in Spe. de diuor. post prin. distinguentis hæreticum baptizatum a nõ baptizato, sic nec proprie cadit in eos fautoria. vnde cum fautores hæreticorum sint excõicati. s. e. excõicamus. §. credentes. hæc pœna non cadet in eos, sicut nec in eos hæreticos, vt in gl. prædictis, large tñ illi sunt fautores. imo & factores hæreticorum, qui sic trahũt baptizatos ad iudaismum: & quia talia per iudæos fieri solent, de illis loqui vr̃ hæc dec. de p̃tate tñ ecclesię super infideles & iudeos, vide, quod scripsi de voto. super his. i magna gl. tr̃ tñ pro iustitia p̃ eos recurritur ad dominos seculares, s. de iudæ. iudæi. & ca. postulasti. & c. in nõnullis. in fi. sicut & de saracinis dicitur in cle. e. ti. cedit. & quia iudæi tales recidiuantes ad iudaismum solet exbaptizare & de nouo lauare, quod purificationẽ vocãt. & cum pumice caput radere, per iudicem secularem videretur eis imponenda capitalis pœna cum dispẽdio fortunarum, vt dicit lex pen. C. de aposta. nam si rebaptizanti imponitur pœna capitis, C. ne san. bapt. l. j. fortius exbaptizanti, & radere, vel tollere volenti baptismum. & sone de tali purificatione iudæorum loquitur lex. ij. e. ti. ne san. bap. si tñ vng

ſtores volunt punire, id poſſunt per prædictam literã
tñ hodie vna cum epõ per cle.e.ti.c.j.nam prãs illa inq
ſitorum participatur epis.ſ.e.per hoc.in fi.¶In gl.ij.ibi,
quid videat, quo ad hoc,vt non puniatur vt maior. di-
cit Io.mo.& ibi.[*ignorantes*]& furioſi,dũmõ non obſtet
pcedens ɔ̃ria voluntas vt ibi,& ibi , quæris.no. ibi patet
in parte illa,& no.de hoc.c.di.nihil.¶In glo. ergo.in fi.
vbi de hoc dixi in j.q.¶In vlt.gl.ibi,qui Titius.idem Ar
chi.& in fi.& quod ibi dicitur de iudæis præuaricantib.
in Chriſtum,intelligitur de alia præuaricatione,nõ de
illa,de qua loquitur hoc capitulum.ad id.xj.q.j. relatũ.
& q.iij.exterminant.ſecundum Arc.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contractum cum hęretico tenet.*

CAP. XII.

DEcreuit. Ponit dictum, quod ſecun
do determinat ibi,ꝙ intel-
ligẽdum peccatum hæreſim.in hæreſi,quę
matrimonium ſequitur,ſimpliciter proce-
dit,quod decreuit Inn.ſed in illa quæ præceſſerat idem
ſi mulier ignorauit.Secus ſi tũc ſciuit,vt ſequitur.quod
1 decretum Inn.contraxiſſent,no.ꝙ †tenet matrimoniũ
ɔ̃ctum cum hæretico, de hoc dixi.ſ̃.de condi.ap.c.fi.ſu
per j.gl.de contractu cum excommunicato etiam cer
tum eſt,ꝙ tenet.ſ̃.de eo qui duxit in matrimo.ſignifica
ſti.[*ſciebant*]non iuuabitur ergo mulier facto,in quo de
liquit.ſi.ſ̃.e.vt commiſſi.in fi.ſm Io.mo. nec mirum ſe
cundum Arc.cum per hoc fauiſſe videatur.¶Vl.gl.ſol
uit duo dubia.¶In gl.ij.ibi,ſatis.vide de conſue.c.pen.in
antepe.gl.¶In gl.ij.in fi.dicit hic Io.mon.ꝙ hic eſt me
ra pœna,quæ non ſic ab vno,tñ ſit in alium ſicut con-
tractum,vt ibi,& præſertim cum aliquid ibi ius contra
hens habeat in dote.C.de rei vend.doce.vide,quod dixi
de conſue.c.pe.ſuper gl.antepe.¶In gl.vlt. ibi, initium.
idem Arc.qui allc.etiam de ele.dudum.& facit hoc ad
no.in cle.de conſan.& affi.eos qui.in iii.gl.

SVMMARIVM.

1 *Fęminę debent viris ſeruire.ſicut minores maioribus.*
2 *Interpretatio pro filijs eſt begnine facienda*

CAP. XIII.

STatutum. Primo ponit ius anti-
quum.ſecũdo duas de-
terminationes ipſius.prima ibi,primum.ſe
cunda ibi,hoc ſane extendi.poteſt eſſe ratio
ſm Io.mo.quia infectio in viro eſt maior, quã in mu
liere.nam maiori bono maius malum opponitur ſm
Phy.Item(vt dicit)vir eſt caput mulieris,& naturalis or
1 do requirit,ꝙ †fœminæ viris,vt minores maioribus ſer
uiant.xxxiij.q.v.eſt ordo.c.cum caput. Si quæras, quare
in duplo maior. Rñdet,ꝙ hæc qõ minus procedit, cũ
in his quæ ſunt iuris poſitiui,ratio demonſtratiua red-
di non poteſt. ſufficit ergo dicere,ꝙ ſic arbitratus eſt le-
giſlator.ff.de poſtula.l.j.§. initium inducit illud Phi. in
ethica.prudẽtis eſt vnumquodq; examinare, prout rei
natura requirit. par.n.eſt peccatum demonſtratorem
probabilia dicere,& rectorem demonſtratione experi
ri.vnde Oratius in poetica.¦Qui variare cupit rem pro-
digaliter vnam.Delfinum ſiluis depingit, fluctib. aprũ.
hoc ſane tolle literam,intelligẽdum eſſe vr̃[*non autem.*]
repete intelligẽdum vr̃ de filijs & nepotibus illorũ &c.
[*probantur*]dicit Io.mo.ꝙ huius rõ eſt, quia verba ſunt
intelligenda cum perſeuerantia, ſeu continuatione.ff.
quorum leg l.j.§.pe.qui ſatiſ.cog.l.quoties.Item ſunt in
telligenda,ſi res in eodem ſtatu perſeuerauerit.ff.de ſo.
cum quis.in prin.xxii.q.ij.ne quis.ff.iud.ſol.ſi ante.ij.rñ.
Item poſteriora tẽpora ſunt conſideranda. C.ne de ſta.
defun.l.ſi mater.& vlt.mora nocet.ff.de per.& com m.
rei ven.l.illud.in fi.[*conſtiterit*]non ergo ſunt hæretici , ſi
miſtico eccleſiæ corpori ſunt reintegrati , ad id.l.diſt.
ferrum.¶Prima glo.rñ.per qõnem,de quo Inn.¶Ter
tia gl primo dicit,quid declarat. ſecundo literam expo
nit,& id determinat.dicit opi.Acc. reprobatam ,& dat
regulam.tertia obiicit & ſoluit.¶Gl.dixit.ſ̃.primo facit
vim in verbis textus.ſecũdo arguit ad qõnem ¶Tertia
gl.ibi,non alter.vide de ver.ſig.præterea. ſecunda gl.ibi,
iſti quidem.vide ſ̃.e.lib.de fil.presby.c.ij.ſuper iii.gl.¶In
gl.ſ̃.dixit.ibi.in fi. col. iiij. vide de big. quia circa.ſuper
j.gl.¶In gl.hucuſq;.ibi,l.quiſquis.vide quod ibi no.poſt
collationem mecũ factam pp cãm quondã de Tuſcia
delatam,q reprobat,quod hic dixit Io.mo. & Arc. poſt
eum,ꝙ l.illa & eius gl.intelliguntur de hęreditate pater
na & materna,nam quo ad illa,quæ cõfiſcantur, opor
tet intelligi oẽm gradũ ab illis excluſum , vt pœna ſit
perpetuata.C.de poe.ſeruus.ſed hic loquitur de filijs ex-
cludendis a beneficijs eccleſiaſticis , & officiis publicis,
nam(vt dicit)etiam lex excludit filios ab honoribus,&
ſucceſſionibus ẽt extraneorũ,quod eſt verũ,vt ẽt videre
potes.vj.q.j.ſi quis. Et quo caſu talibus relicta perueniãt
ad fiſcũ , quo caſu ad grauatos quo ad hæredes , & quo
redeant ad delinquẽtem.vide plene per la.de Bel.in qõ
ne,quam poſuit.C.de his qui.vt Indi.¶In gl.ſ̃.dixit. ibi,
ius nouum.Idem Arc.& ibi,hoc æquũ.maxime quia p
crimen hæreſis perditur hæc prãs.ſ̃.c.ij.in fi. idem Arc.
licet Io.mo.videatur tenere ɔ̃riũ, tenet idẽ.dicit.n. illos
nõ includi,quia prohibentur alio capite. vt ſequitur in
gl.ſi tñ aliquo iure aliquid percipere deberent in bonis
paternis,illud perdunt.ſic ẽt cum quibuſdam doctorib.
nuper conſului,cum illegitimus ſit de ſanguine & gñe
improbato,& ẽt i ipſo teneatur paternũ crimẽ.C. ad l.
Iul.ma.quiſquis.Itẽ ſi puniuntur filij legi.non odibiles,
fortius puniendi ſunt legi odibiles.ſ̃.e.lib.de præb.cum
qui.cũ ſuis concor. Item hæc iura diffinite loquuntur,
ergo &c. Item cum rõ primæ ſit differens ad oẽs filios
identitatis,& non extenſionis virtute includet illegiti-
mos.bene facit.ff.de in ius vo.quique.in fi. vbi ẽt vulgo
conceptus nõ vocat matrẽ in ius ſine venia.Cy.in præ.
l.quiſquis.tenet hoc i filio nato ex certo coitu,licet dã
nato,in quo pr̃ eſt certus,& tunc locũ hẽt rõ legis illi⁹,
q̃ loquitur de ſanguine improbato.Si vero coitus talis
eſt,ex quo lex æſtimat patrem incertum. tunc ceſſat rõ
legis,& ſic ceſſat pœna.vt ſic informemus ſm legis con
ſcientiã,iu Auct.de iudi.§.oportet.inducit.ff.de ritu nu.
l.lege.§ j.& rõnem ibi poſitam.& ibi,quia circa.Io.mo.
dat illud ſimile de caſu.xxvi. di.deinde. cũ ſuis no. ¶In
gl.quia lapſi.ibi,nõ relapſi.vidi dubitari,an filij relapſo-
rum, qui tñ pęnitentes & conuerſi ſacra eccleſiæ perce
perunt, teneantur hac pœna,& vr̃ ꝙ nõ.ſ̃.e.ſuper eo in
fi.ex quo.n.conceditur talibus euchariſtia, iam ſunt de
corpore eccleſię. j.q.j.extra catholicã.& c.intra catholi
2 cã.Itẽ benigna †interpretatio eſt facienda pro filijs, qui
puniũtur crimine alieno.C.de nãli li.l. legẽ.ad idẽ iſte.
§.ſaltẽ.vſq; ad hoc non aũt.nã ſi ſtetiſſet iſte tex. in illis
terminis,ſatis pateret illos nõ includi, cũ parentes nec
tales eſſe,neq; tales deceſſiſſe probentur.ir. ɔ̃riũ, iſte ver.
duo requirit.ſ.ꝙ ſint condemnati & reincorporati, ſed
relapſi non incorporantur,ſed ſine audientia per ſecu-
larẽ curiã puniuntur.ſ̃.e.ad abolendã.§.illos quoq;.Itẽ
pp idẽ id qđ de pnĩa & eius pſecutione legr̃,nõ practi-
catur in illis.Itẽ dec.ſup eo.pruidet ſaluti aĩæ nõ corpo-
ris,quaſi talis pprie non põt dici reincorporatus. quaſi
nõ puto ꝙ ei⁹ corpus exuſtũ,vel cineres debeãt ſepeliri
in cœmiterio,cũ dec.ſup eo.ſepulturã nõ pmittat q̃ eſt
quies corporis.xiij.q.ij.aurũ.& dixi.ſ̃.de ſepul. ſuper rub.

SVMMARIVM.

1 *Abbas declaratur an con ineatur ſub nomine dignitatis.*

CAP. XIIII.

INquiſitores. Primo ponit di-
ctũ , a quo vnum
caſum excipit. ibi niſi. ſecũdo inquiſitores
iſormat qđ exceptio locũ nõ hẽt,ibi ſi rñ.
[*inquirere*]per hãc lrãm,& illa q̃ ſequitur,procedit qđ di
1 cit finis iij.gl.ɔ̃ epos,qđ hic dicit Io.mon.†declaratũ ab
batẽ non ɔ̃tineri ſub noĩe dignitatis,ſcripſi.ſ̃.e.l.de p.c.
ij.ſup gl.ij.[*inneiere*]idẽ,qđ hr̃ in cle.e.ti.nolẽtes.circa fi.
Io.An.ſuper vj.Decre.

& satis æque dici potest, ꝙ si ex qualitate, vel ex pluralitate personarum de hæresi suspectarum, si ꝯ illas inquiratur, periculum notabile, vel grandis turbatio prouentura creditur, licet illi non sint epi, prius consulendus sit Papa, facit. s̄. de transa. c. fi. & quod ibi no. & cle. hoc c. ti. c. j. ad fi. ver. ꝙ si odij, & quod ibi no. in j. gl. ¶ Prima gl. summat. ¶ Tertia gl. soluit duo dubia. ¶ In gl. no. ibi, in prin. & est simile in cle. de præben. per literas, vt ibi no. in glo. ante pe. & ibi remittant. idem Io. mona. & Arc. & in fi. concor. j. c. inquisitionis. §. prohibemus. & quod ibi no. in gl. ij. in fi.

S V M M A R I V M.

1 *Inquisitor & ordinarius si simul citent, cui sit obediendum.*

2 *Inquisitores sunt delegati Papæ.*

3 *Hæresis purgandæ factum est priuilegiatum episcopis.*

C A P. XV.

PEr hoc. Tres sunt partes, quæ patent. secũda ibi, verum. tertia ibi, si delegatur. hic patet, ꝙ inquisitor ēi gñaliter datus in prouincia habet delegatam. hoc idem probatur. j. proximo rñ. arguendo per decre. vlt. s̄. de re iudi. vbi duobus ordinarijs discordantibus tenet absolutoria. ergo isti non sunt ambo ordinarij, idē secundum veritatem probat decre. ne antiqua. s̄. e. tit. licet ad ꝯrium inducatur. s. ꝙ cum ipsorum iurisdictio non expiret, ergo sunt ordinarij, sed verius est, ꝙ fauore fidei non expirat, ergo ꝙ expirasset, concluditur ergo, ꝙ est delegata. [*volumus*] non dicit declaramus, vel aliquid tale, ne sigillet magnos viros tenentes ꝯrium, quasi Papa dando inquisitores videatur ab ordinarijs negotiũ aduocasse, & ob hoc quiescere debeant. de offi. le. licet. vt lite pen. ecclesia. ij. de ap. vt nostrum. ij. q. j. nomen. de pur. cano. c. fi. item videbatur inconueniens, ad diuersa iudicia posse quem trahi, & officia promiscuis actibus perturbari. C. de epi. & cler. l. repetita. & C. de testa. l. consulta diualia. ista succumbunt & in fauorem fidei & pp debitum ordinariorum sunt obligati de aĩabus sibi cõ
1 missis reddere rõnem. [*derogare*] quærit hic Arc. si † ordinarius & inquisitor simul citant, cui obedire teneatur. pro ordinario facit, quia eius iurisdictio firmior & antiquior, cui specialis non derogat, vt hic. ad idem extrauagans Benedicti eo. tit. ex eo. & s̄. de offi. ordi. significa-
2 uit. Sed ꝯ, inquisitores † sunt delegati Papæ, vt s̄. dixi, & patet hic, & censetur ille cuius locum tenent. ij. q. vj. si eps. lxxxiii. di. c. fi. & dist. sequen. c. i. de of. dele. sane. ergo maior, nobilior & fortior est ipsorũ iurisdictio, illi potius parendum. 8. di. quæ ꝯ. xj. q. iiij. qui resistit. facit. s̄. eo. lib. de præben. si a sede. & si dicatur, ꝙ ordinarius hēt ęqualem iurisdictionē, cum inquisitore per hoc ca. Hoc negatur, cum habeat ordinariam, nec admixta fuerit delegata, vt hic dicit ibi, si habent. no. decre. significauit. qa licet ibi absolutum per delegatum, qui postea non procedit in cã, ordinarius reducit in pristinam sñiam, non tñ dr̃, ꝙ procedit in principali, imo innuit ꝯrium. ista no. decre. hoc solum dat ordinario, quod potest. licet inquisitor procedat, & putat Arc. ꝙ citatus ēt prius corã ordinario si postea per inquisitorem citetur deserto ordinario venire debeat coram illo. ff. de re iud ꝯ pupillũ. & prædictis can. quæ ꝯ. j. & qui resistit. & sic ſm cũ non est curandum, si ordinarius in conueniendo p̄uenit, & hoc dicit verum. [*præcesserint*] non ergo hēt hic locum qñ aliter tñ procedit, no. in extraua. quam statim alleg. quod dic hodie, vt in cle. c. ti. multorum. [*communicare*] in fi s. dũ nil restat, nisi ferre sñiam, vt in extra. Bñdicti, quæ incipit. Ex eo ꝙ quędam. vnum casum excipit. ibi, ver. vnum sane [*veritas.*] quæ sæpius exagitata splendescit in lucem xxvj. q ix. c. vlt. & ideo etiam post publicationem hic can. possent per inquirentem ex officio testes examinari & recipi, vt dixi. s̄. eo. vt officiũ. in per ver. tertium. non sic ad productionem partis. vel dicit hic Arc. non conuenerint. i. non concordauerint, sic. s̄. de appel. cum speciali. post prin. conueniunt enim simul localiter, sed discordant in sñia, & intelligo siue discordent ferendo, quia proferunt ꝯrias, siue nõ ferendo, qa abstinent pronunciare, quia discordant. & hoc placet Io. mo. qui dicit, istos non posse ferre sententias aduersas. sed tunc debent remittere vtrosque simul, si tñ alter nollet, & alter faciat ordinationes factas vel fiendas, vt & i cle. hoc locum habeat. ¶ Prima gl. no. ꝯria. ¶ Secũda specificat duplicem dele. hoĩs & iuris. ¶ Glo. ad quid all. duas. cõcor. quærit & sol. ¶ Gl. licet ergo. soluit ꝯriũ. ¶ In gl. licet ergo. §. vlt. vide de acc. de his. super j. gl. ¶ In gl. j. ibi, præiudicaretur. idem Arc. & idem Io. mon. licet prius effuderit multa verba dicens, ordinariæ potestati hoc speciale fauore fidei, quia facilius iuenitur & c. xx. di. de quibus. & quia ĩtegrũ est iudicium & c. de of. dele. prudentiam. vel ſm eũ licet dr̃ specialis commissio trahatur de genere, non tñ sicut genus est priuilegiatũ, vt hic, nisi de priuilegio fiat mentio, ar. de p̄scri. veniens. &
3 ꝙ † factum hæresis purgandæ sit priuilegiatum in ep̄is, habetur. j. e. c. in fi. item præcipuum. nam eps, q est Dei vicarius & summus ille in toto orbe, & alij ep̄i in territorijs sibi commissis habent punire scelera. s̄. de of. ord. c. j. ergo & præcipuum scelus. s. hæresis, alia enim scelera committuntur in rem Dei, cuius est terra & plenitudo eius, de deci. tua. sed hæresis directo committitur in Deum, & per consequens in homines dicendum est, & sic adheret episcopalibus ossibus, quod per tales commissiones non recedit ab illo, sed multiplicatum officiũ. ¶ In glo. licet ergo. ibi, pronuntiatũ. idem Io. mon. & Arc. qui all. no. per Inn. de pur. ca. c. pe.

S V M M A R I V M.

1 *Defensio legitima nulli est deneganda.*

2 *Creditur id, quod proponit quis in libello contra se, non autem pro se.*

C A P. XVI.

VT inquisitionis. Prima gl. diuidit contra hęreticum, sit pro hæreticis, & ad correctionē & reconciliationem ipsorum fit cõtra hæreticos, vt quibus non prodest correctio, non poterat abscissio. xxiiii. qõ. iii. illud sane. [*non obsistunt*] vt ergo pro approbatis habeant. hęc tua præmissa necessario est cõcurrere [*temporales*] vide quod scripsi. s̄. e. lib. de immu. ec. eos qui. in prin. atra & dura. xxiii. q. v. de ligneribus. in fi. Arc. ecclesiæ iudicium non per seculare, vt sequitur. & j. c. proxi. in fi. [*terminetur*] licet dr̃ etiam in criminibus sine pen. non detineatur quis in carcere. fallit hoc propter enormitatem delicti, quod dic, vt j. de sen. exc. si clericos. in fi. [*condemnatos*] ergo requiritur sñia, p quã terminetur negotium, vt s̄. & xx. di. §. j. ver. cum ergo. ad idem. ff. de re iud. l. iiii. §. condemnatum. & in ca. vlt. §. j. ibi, ad fir. am. Arc. [*animaduersione*] i. pœna, qua euertitur aĩa de corpore, sic. s̄. e. ad abolendam. §. j. qui reminit. s̄. e. li. de exce. vlt. in fi. [*proclamationibus*] quæ alias prouocationes dicuntur, & remit. Arc. x̄. de ap. cum sit. in gl. proprio. [*interdictum*] hoc est planum, vbi lata est diffinitiua ꝯ eos, vnde. s̄. dixit, eos condemnatos, non sic in proces-
1 su inquisitionis, si contra iura granētur ſm Arc. † nulli enim negãda est legitima defensio. s̄. de exce. cum iter. & ne innocens grauetur, ꝯcessum est omnibus oppressis, vt appellare possint. ij. q. vj. c. ij. & iij. & facit. ea. q. non ita. oppressi vero & grauati dñt ante sñiam, vt ea. q. §. oppressi. in causa vero appellationis cognoscet de iniquitate inquirentis. s̄. de ap. interposita. in fi. & ſm eum ista litera non obstat, sed facit pro, loquitur enim de illis quos iam constabat esse tales, supponit enim illos hæreticos credentes & c. sic & constitutio Innocen. quarti, de qua hic fit mentio. dicit enim sic. item appellationes, aut proclamationes huiusmodi personarum, & cõstitutio Federici, quæ incipit. commissi nobis cęlitus. sic dicit. omne insuper proclamationis & appellationis beneficium ab hæreticis excep. & fau. eorum penitus amouemus. merito autē sic dicitur de his, quos con

stat

ſtat eſſe tales, cũ nõ debeant aliquo iuris priuilegio gau
dere, in Auth. de priuil. dot. circa mediũ, vbi ergo non ꝯ-
ſtat, illũ eſſe talem, beneficium tale iuris eidẽ negari nõ
debet. coadiuuat ſm eum, quia in tã graui crimine
cum multa oportet cautela ꝓcedi. s̃. e. vt officium. §. ve-
rum [*mere eccleſiaſticum*] non dicit ſimpliciter eccleſiaſti
cũ, ſed addit mere. & facit ad ea q̃ ſcripſi. s̃. e. li. de ſo. ꝯpe.
c. vlt. ſuper vlti. glo. [*quoquo modo*] non obſtant auctorita-
tes veteris teſta. per quas probare vr̃, hoc licere principi-
bus, nam deutero. vij. mãdatũ fuit populo Iſrael. vt aras
hæreticorũ ſubuerteret. & fuit dictũ, ſi frater tuus &c. qđ
hr̃. xxiij. q. v. ſi audieris. & q. viij. legi. & ꝙ de Hie. reg. iſtrõ.
legitur, q occidit ſacerdotes colẽtes Baal. iiij. re. x. & xxij.
q. ij. vtilẽ. & eo. li. xxiij. co. ver. rex. Ioſias oſſa hæreticorũ
cõburi fecit. ad hæc enim & ſil'ia rñdetur p id quod hr̃.
j. q. vij. §. item cũ Balaã. ver. his ita. vbi dr̃, ꝙ multa in ve-
teri teſtõ concedebãtur, quæ hodie prohibita ſunt, nec
ſunt in noſtrę actionis exẽplũ trahenda. ad idẽ. xxij. q. ij.
ſi quis perueturus. & §. præ. xxij. q. iiij. quis ignoret. & de
pę. diſt. ij. ſi enim inquit. ver. qõ. aũt. vtrobique dicitur, ſer
uiuit Abraam tpi ſuo, ſeruiamus nos legi & tpi noſtro,
fuerunt enim facta p̃terita figuræ futurorũ. xxiij. q. j. non
bella. & q. iiij. non inuenitur. ſatis aũt eſt, hoc per cõſtõ-
nem eccleſiæ expreſſe ꝓhibitũ, vt hic. & j̃. c. proxi. in fi. &
ſicubi canon eis circa hoc permittat, illud ſemp intelli-
gitur ad mandatum eccleſiæ, vel in caſum executionis
ſñię latæ per eccleſiã, vel præcepit per eam factũ, vt ſequi
tur [*ſiue captos*] ecce ſm [*alterius*] ſi intelligas altero modo
mandante ꝯtriũ tunc planũ. Si vero intelligas ẽt altero
mandante ꝯtriũ quoad hoc expeditum eſſe, quod no. s̃.
in gl. qđ ſi ſatis. tñ credo, ꝙ quo ad pęnã excõicationis,
de qua ſequitur, alteri⁹ ſolius iuſſus excuſet, ẽt altero ꝓ-
hibente [*aut tertium prompte*] habes ergo hic caſum, quo
negligentia, vel accurata tarditas habet poenã excõica-
tionis. facit. s̃. e. ver. & vt. ibi, ſine mora. & ver. vt q̃. ibi ſta-
tim aliàs. ecce quartũ [*ſi quis vero*] vltima pars. de p̃dictis
no. q a patet hic & s̃. §. proxi. in princ. & ver. vniuerſos
in prin. tota hæc decr. vſq; ad ver. necnon. ſolũ de dñis
& officialibus loquitur, & eos ſolos contingunt hę poe-
næ, ab inde ligabit alios, vt ibi dicã. ꝯ prædicta quatuor
quæ continentr̃, §. ꝓhibemus. vel lege latius, vt cõprehen
dat oĩa, q̃ habentur in parte ſcđa. ſ. ſi requiſiti non pareãt
in illorum inueſtigatione [*captione*] & cuſtodia. Itẽ indu-
ctione ad locũ, de quo illi mandauerint infra ſnũ diſtri
ctu in ſtatim puniendo dãnatos ſibi relictos. Itẽ ſi de co-
gnitione termini ſe intromiſerint, ſi ob hoc captiuos ſi-
ne licentia relaxauerint, ſi non exequantur eis iniuncta,
vel ſi ipſorum proceſſus impediãt. Statim aũt ſubdit de
ſe opponẽte vel impediẽte [*fecerit*] nõ fecere ad qđ quis
tenetur, eſt aliquid facere. ff. de reg. iur. qui non facit. &
j̃. de iniur. c. j. ver. qui vero. s̃. de ſymo. nemo. & ſic cõpre-
hẽdit ẽt culpã q̃ conſiſtit in nõ faciẽdo [*opponere*] quod
eſt ſe obſtaculũ ponere. & ideo ſubdit de impediẽte, nec
non, vt prędixi, hucusque conſtitutio ligat dños & offi-
ciales tantum. hic rõ ligat ẽt alios, quia verba hic ſonãt
[*prædictis*] vide, quod ſcripſi ſuper ver. ꝯ prędicta. ¶ Prima
gl. diuidit & ſummat. ¶ Gl. ꝙ ſi. q̃rit & ſol. ¶ Gl. no. ꝙ po-
nit regulã, tres caſus exceptos. ¶ Penultima gl. ſoluit qõ-
nem ¶ In gl. ideſt. ibi, quot. vide in eodẽ ſtatim allegatio
in penult. gl. ¶ In gl. prima ibi, cognoſcant. ſupple, nec
exeq detrectent, vel ipſorũ proceſſus ĩpediant. ¶ In gl. ſe-
cũda ibi, redegerat. cũ certis modificationib. & adiectio
nib. Io. mo. & Arc. ¶ In gl. ergo. alle. in fi. Io. mo. ĩ ſolutio
ne ꝯriorũ inſtabat. ſ. eius, quod approbo pro me, teneor
recipe ꝯ me, allegabat ĩ auth. his q ingredi. ad ap. §. illud,
2 col. itẽ † qđ ꝓponis ꝓ te in libello tibi non credit. ſed cre
dit, quod ꝓponis ꝯ te. C. de lib. cã. cũ p̃cũ. itẽ ex quo im-
probas inſtr̃m in eo, quod eſt ꝯ te, non potes te iuuare
in eo, quod eſt ꝓ te. s̃. de cẽ. cum olim. ſoluit, ꝙ ꝯria lo-
quuntur in eo, qñ factũ eſt tale de ſui natura, quod põt
eſſe pro & ꝯ nullo extrinſecus operãte, ſed hic quod pro
te eſt. tenendum eſt. & quod ꝯ te renuẽdũ, ideo quia re-
probatum, vt in e. ſi quid veri. ¶ In gl. quid ſi. ĩ fi. vide, qđ
hic dixi ſuper ver. alterius. ¶ In gl. ideſt principaliter. ibi,
iudex al. in ſe capax, quem facit incapacem magnitu-
do cauſę ſm Io. mo. ſm quẽ eſſet alias in poteſtate rei
eludere intẽtionem actoris. ff. de iuriſdic. om. iudi. ſi idẽ.
¶ In gl. no. ꝙ in fi. s̃. eo. inquiſitores. vt ibi no. in fi. iij. glo.

S V M M A R I V M.

1 *Nuptiæ nephariæ, inceſtę & inutiles quomodo differant.*
2 *Inceſtus cum quibus committatur.*
3 *Apprehenſio bonorum hæretici eſt facienda per perſonas publicas non priuatas.*
4 *Originis ratio non eſt minoris, ſeu maioris virtutis, quam ratio domicilij.*
5 *Acceſſoria dijudicantur ſecundum principalia.*

C A P. X V I I.

CVm ſecundum. Duæ ſunt par
tes. prima de
confiſcatione loqnitur. ſecunda de apprehẽ-
ſione ibi, confiſcationis. prima facit duo. in-
ducit ma. alle. quatuor argumenta legalia, ex quibus cõ-
cludit ibi, no. ſm Arc. ibi & mulier. tertiũ ibi, ac ẽt quar-
1 tũ ibi, aut verũ. [*nephariæ*] † differentia inter nepharias,
inceſtas & inutiles, no. C. de inceſt. nup. ſuper rubricã. &
hic per Arch. dicitur ibi, ꝙ ſunt nephariæ inter aſcendẽ
tes. Inceſtæ inter collaterales, conſanguineos, vel affines.
inutiles alias ꝓhibitæ, naturæ ꝯrias, quia ex illis ſoboles
ſuccreſcere non põt. xxxv. q. iij. quædã lex. ad idẽ. lvj. di. ſi
2 gẽs. Arch. [*inceſtas*] cum quibus † cõmittatur inceſtus hr̃.
xxxvj. q. j. §. cum ergo. & de nuptiis inceſtuoſis hr̃. xxxv. q.
iii. c. ij. & c. nullũ. & c. de inceſtis. vbi vide, & dicuntur ab
hominabiles Deo & hominibus, vt. e. q. nec eã [*quam re-
rum*] qũo diuerſa ſignificat, remittit Arch. ad no. per ſe.
xl. diſt. ante horã. & vide, quod no. xxiii. q. vii. ſi de rebus.
in prima gl. [*confiſcata*] intelligunt quidam. ſ. Io. mo. criẽ
permanente, ar. s̃. eo. ſtatutum. §. j. Arch. [*temporales*] du-
bitatur. ſi Bon. origine & patrimonio, quia ibi habet bo
na, conſtituit Florentiæ domicilium & ibi damnabitur
de hæreſi, an ad dñium vel cõe Bon. an Florentinũ ſpe-
ctet apprehenſio bonorũ, q̃ ſunt Bon. & ponitur, ꝙ con
ſtõnes officii tñ papales volunt, ꝙ tres partes fiant, vna
ſit iudicis ſecularis, alia officialiũ, tertia deferetur eccle-
ſiæ Romanæ, ꝓ tuitione officij, quo ad Bon. inducuntur
3 tales rationes, hic † apprenſio bonorũ facienda eſt per ꝑ-
ſonas publicas non priuatas. primum patet hic. ad hoc.
C. de bo. ꝓſcrip. l. ſi quis intra. & l. ſi quis poſt. §. ꝙ no. &
de bo. vacan. l. fi. lib. x. ſecundum patet ex primo. ad id.
C. de iure. fiſ. l. prohibitum. nec eſt ſingulis concedendũ
quod per magiſtratum publice fieri poſſit, ne occaſio ſit
maioris tumultus faciendi. ff. de reg. iu. non eſt ſingulis.
iudex aũt Florentinus quo ad bona Bononienſia eſt ꝑ-
ſona priuata, quia ſunt extra ipſius territoriũ. s̃. eo. li. de
conſti. c. ij. in fi. ff. de iuriſd. om. iud. l. fi. de offi. præ. vr. l. fi.
ergo ad Bon. nõ ad Florentinum debet occupatio vel
apprehenſio pertinere, maxime quia cum iuriſdictio-
nes per territoria ſint diſtinctæ, vt probatum eſt, & pro-
hibitum vna via, alia via per indirectum, vel medium
fieri prohibeatur. j̃. de reg. iur. cum quid. ſicut inquiſito-
res Florentini per ſe non habent iuriſdictionẽ Bono. ita
nec habere pñt per medios iudices Florentinos, nam id
ſolũ iuſſu iudicãtis põt poſſideri, qđ eſt in iuriſdictione
iubentis. ff. de bo. auth. iu. poſſ. cũ vnus. §. is qui. per decla
rationẽ igitur Florentini inquiſitoris inſurgit iuſſus oc
cupãdi, q iuſſus bona ſita Bon. nõ aſtringit. Itẽ ſicut tu-
tor datus occupat ſolũ adminiſtrationẽ bonorum, quę
ſunt intra iuriſdictionẽ dãtis ff. de tu. & cu. da. l. pupillo.
& ff. de ex. tu. l. illud. & no. e. ti. l. non ſolũ. §. & qui teſtõ.
licet per officiũ pupillus ſit ſuę adminiſtrationi cõmiſ-
ſus. ſic in damnato per ſñiam miſſo poteſtati iudicis ſe-
cularis erit hoc caſu dicendũ. Itẽ dãnatus de hęreſi Florẽ
tię eſt ẽt hęreticus Bon. ad hoc. s̃. e. vt commiſſi. ver. & ꝯ
illos. C. eo. ti. auth. gazaros. in princi. & fi. ſicut de excõica
4 to dr̃. iiii. q. v. c. vno. & xj. q. iii. c. ii. Itẽ † nõ minoris ſed ma-
ioris

INdulgentiæ. Non diuiditur, & se summat & dicit Arch. ꝙ † quandoque indulgentia demonstrat remissionem pœnæ. ij. q. iij. in fi. qñque concessionem gratiæ. ſ. vt lite pen. c. fi. de priui. dudum. qñque dispensationem. 77. di. c. vl. in fi. & ſ. de ele. dudũ. qñque ius cõe. 23. q. j. interfectores. & 15. q. 3. de incestis. vtrobique de hoc, qñque ponitur pro vacare. vel operã dare. vnde dr̃. Indulgere gulæ noli, quæ ventris amica est, alĩ veneris. [*vel pluribus*] ꝯ. plus valere debet indulgẽtia a pluribus episcopis data. xi. dist. palam. vbi hoc no. so. hoc facit papalis restrictio, quæ potuit; tum quia omnes inferiores habent potestatem a papa, ipse vero a Deo solo. 21. di. quamuis. 22. di. c. j. item potuit hoc rõne iurisdictionis quam habet super omnes. 22. distin. in nouo. & habuit iustam causam faciẽdi propter abusum, hoc no. Inno. in dec. cum ex eo. Item dicebat Io. mo. ꝙ hic obuiatur fraudibus episcoporum, qui in alienis diœcesibus dabant indulgentiam, dicentes se facere sub spe ratificationis fiendæ per episcopos illarum, & ante hanc compilationem multum hoc frequentabatur, ita ꝙ quandoque omnium episcoporum, qui haberi poterant in Romana curia, & recipiebatur indulgentia, vidi iam vltra. xx. sigilla vni tali literæ pendere, postea prædicabatur & preconizabatur indulgentia de tot quarantenis, quot fuerãt episcopi. [*Episcopus*] etiam proprius successiue, vt scripsi in Specu. super hac rubri. notauit Innocen. supra eodem, cum ex eo. vt ibi scripsi in fine. hæc potestas episcoporum superiorum, quoniam concilium restrinxit in dedicationibus ecclesiarum ad annum, in aliis casibus ad xl. dies. restricta intelligitur quo ad publicas indulgentias. ¶ In foro

enim

enim pœnitentiali annos plures discrete tñ concedere possunt, dicit etiam ipse Inn. s. eo. lem. ꝙ aũt. in fine.
2 id quod no. ibi no. Ber. in gl. penul. quæ fuit additio. † Sa-
a cerdotes [a] dare in foro pniali remissiones & fm quotidã concedere posse, ꝙ remissionibus non suorũ iudicũ vti possint, ibi videas [*concedere*] hic tractat Arch. qões Vin. de quibus scripsi & ad tpe. remissi in decre. cũ ex eo. e. li. super ver. xl. dies. l. an dñs remissionem illa possit vti, & tenet ꝙ non, & satis in hoc iuuat. quid aũt addit, ibi scripsi. Itẽ an Papa, vel eps sibi remittere possit pniam per confessorẽ iniunctam. & tenet ꝙ non, alle. de pe. di. v. c. j. vltra mediũ, versi. ponat se oĩno. Itẽ ꝙ pniam ab epo iniũctã sacerdos non põt remittere, sed sic ep. ij. di. in lectior. Itẽ tractat, an sæpius iterans actũ, pro quo data est indulgentia ẽt vna die, toties habeat indulgentiã, & tenet ꝙ sic, nil alle. nisi dictũ Vin. recitat ẽt hic opi. Hosti. quã ibi scripsi super gl. fi. Quando. s. in dedicatione concurrunt archiepĩ & quilibet dat annũ, qui Hosti. tenet, ꝙ prouinciales habebunt annũ, & subditi epi biennium, hoc mihi non placet, vt ibi scripsi. ¶ Prima gl. dicit quid declarat. ¶ Pen. gl. quærit & soluit per tres rões, ponit opi. ɔ̃triã, cuis rõni rñdet. ¶ in gl. pe. ibi [*Trebatius*] vide de censi. cũ apostolus. super gl. qui d ergo. ¶ in glo. quid dices. ibi [*hoc verum puto*] idẽ Arc. qui ẽt alle. de despon. impu. c. j. in fi. xij. q. v. quia Io. xvij. q. iiij. q. i. nonne. de consl. di. iiij. si non sanctificatur. in fi. quod ibi not. facit ad hanc partẽ. ff. de vsuris. l. placuit. & de iure do. siue generalis. itẽ qa fauorabile est, pœnã remitti, de quo hic agitur, & sic ampliandũ, vt restringatur odiũ pœnæ. ſ. de regu. iur. odia. & ibi [*alij contra*] s. to. mo. dicens hoc procedere pp iurisdictionẽ dantis, qui faciens ɔ̃ concilium non debet ẽt in parte consequi, quod intẽdit, alle. ff. solu. matri. si ab hostibus. ij. rñ. & quia hoc non iure cõi procedit, sed ex gratia licet corpore iuris clausa. s. eo. ꝙ aũt. & c. cũ ex eo. habeat ergo locũ si nõ valet, vt ago, nec valeat vt valere põt, de quo remittit. s. eo. lib. de desp. impu. c. vno. §. j. vbi de hoc, tenet ergo, ꝙ cũ hæc sit gratia pp faciẽtes peccatũ, tota sit indebita, nã in facto animæ reus in vno, reus in oĩbus quo ad gratiam, & qua priuatur. s. de reg. iur. deflcat. & in
3 fi, & xj. q. iij. ipse vagãdi, vbi cũ text. dicat, ꝙ † abutẽs ptãte ligãdi ipsa se priuat. gl. exponit. i. priuari meret, sic intelligit ea. q. placuit. & c. plerũq;. in prin. & xij. q. ij. sæpe fit. i. fi.

ADDITIO.

a ¶ Sacerdotes. Nota hic, ꝙ indulgentiæ possunt concedi per sacerdotẽ, dummodo non sint generales, & dummodo sint discretæ ad annos, vel dies. Car. in cle. j. §. j. de priui. & idẽm Car. in cle. ij. §. j. de pe. & remi. vbi loquitur de confessione. item per commissarium episcopi nõ sacerdotis. Car. vbi. s.

De sententia excõicationis, suspen. & interd. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus medicus, qui videt hanc medicinam excommunicationis etiam iuste latæ non proficere, sed officere, illam discrete tollere potest, etiam durante contumacia.*
2 *Excommunicatio & reconciliatio an sint sacramentum.*
3 *Sententia canonis semper est iusta.*
4 *Sententia excommunicationis an sit necessario scribenda.*
5 *Resistens iuri dicitur temerarius.*
6 *Pontificalia non sunt de substantia ordinis, vel officij.*
7 *Irregularis quis dicatur.*
8 *Fornicator notorius & simoniacus si celebrant, sunt irregulares.*
9 *Appellatio præcedens in quibus casibus tueatur appellantem, & sequens non.*
10 *Homo proprie loquendo suspenditur, sed non interdicitur, nisi improprie.*
11 *Excommunicatio non fertur pro aliena culpa.*
12 *Medicus causam morbi ignorans si curat, non sui muneris est, sed fortunæ.*
13 *Interdictum extenditur ad futura.*
14 *Appellatio ab interlocutoria sicut iustificari non potest, nisi ex causa expressa, ita & excommunicationis sententia iustificari non potest, nisi ex causa expressa.*
15 *Mora vltima notet semper infra mensem.*

CAP. PRIMVM.

CVm medicinalis. Primò ponit proœmiũ. secundo statutũ circa excõicationẽ ferendam ibi, quisquis. tertio pœnam non seruantis. ibi. si quis. quarto aggrauat, vel pœnas addit ibi. superior. quinto statuiũ protogat ad suspensions & interdicti pœnas ibi. & hæc eadẽm. sexto cautos reddit illos qui pœnam incurrunt, ibi. caueat. idem Io. mo. Host. diuidebat in vij. de secunda faciens duas [*medicinalis*] fm Host. & Arch. sumitur actiue & passiue, vt sic. i. esse debeat, medicare in proferente, & medicari in eo, in quẽ proferetur, debet enim proferens ad medelã aĩæ non ad mortẽ intendere. xj. q. iij. audi. & debet esse peritus & solicitus, & traditiones artis canonice obseruare. ad id de ætate & quali. ad aures. & si tunc infirmus se exponat venio rebellionis. de homi. tua. non mendico sed sibi & suæ duriciei imputabitur, vt ibi. & eo. i. postulasti. si respicis patientem est medicina aĩæ. quia confusus ex eo, ꝙ vitiari se videt, facilius reuertitur ad ouile, vt pẽralle. c. audi. & s. e. li. de exce. pra. ad idẽ. xxxij. di §. prohibetur. & si opponatur de capitulo epi. xi. q. iii. ꝙ pp illã qñq; quis citius moritur, id inducit cotẽptus, qui est mortale peccatũ, vt sequitur, & si dicatẽ, ꝙ aĩam tollit, xx. q iij c. j. & xj. q. iij. nihil. in fi. rñ. Archid. videlicet nisi per satisfactionẽ recõciliatur ecclesię. Concludebat ergo Io. mo. ꝙ hic sunt actio & passio pro eo, ꝙ hic est motus differens per terminum a quo & ad qd, excõicatio igitur medicinalis est, & in agente qui recte operatur, & in patiente, qui paret humiliter, econuerso mortalis est in quolibet ipsorũ non recte se habẽte. Hac
1 rõne tenuit Tho. iiii. sen. di. xviii. subarticulo fi. ꝙ † prælatus medicus, qui videt hanc medicinã excõicationis ẽt iuste latæ non proficere, sed officere, illã discrete tollere põt, ẽt durante contumacia, ex quo videt illius saluti sic expedire. facit. xxiii. q v. prodest. vt ẽt inquantum est pena, sicut fertur in inuitũ, sic auferri posset ẽt ab inuito. s. de re. iur. c. j. non sic in culpa, quæ quia voluntate ɔ̃hitur sine illa non remittitur. & sic soluitur, ꝙ contumacia, ppter quã fertur, aggrauatur per contẽptũ. sup. e. per tuas. quia non absoluitur a culpa, de qua intelligitur. xxiiii. q. ij. legatur. & fm hoc minus dubium habet, quod scripsi e. li. cũ desideres, super ver. absolutus. & vide de eo q. du. in mrĩm. significasti. vl. glo. [*excõicatio*] quę est extra cõionẽ positio. xxiiii. q. iii. cũ aliquibus. & duobus. c. seq. nec fit nisi per fidelẽ & de fideli. xxiiii. q. i. §. si aũt. post prin. & ante fi. fm Arch. & scias, ꝙ Gratianus. e. q. §. sed illud.
2 vr velle, ꝙ † excõicatio & reconciliatio sint scrm, sed illud large sumitur. i. sacramentale, vt ibi no. [*mortalis*] an timor excõicationis sit iustus metus, tractat hoc Arch. & tenet ꝙ non, tu tene, qd dixi. s. quod metus cã, cũ dilectus. & ibi vide [*disciplinas*] vide. xlv. di. disciplina [*non eradicans*] i. non euellens, pęna enim ipsa non separat a Deo. xj. q. iii. qũo. cũ capitulis se. sed cã pp quã iuste fertur est radicitus euellenda. de pę. di. ij quia radix. alias virtus ibi plantari non posset, vt ibi [*non condemnat*] i. non aspernetur, vel vilipẽdat, & diuersos modos, quib. excõicatio cõtemnitur, dicam. j. c. dilecto. super ver. contemptis. [*Prouideat*] quasi præmeditetur prius. vel atite videat, non solũ ergo medicus spũalis debet esse cautus & discretus, de pę. & re. oĩs. de pę. di. j. mẽsurã. & idoneus. s. e. si eps. sed & ꝓuidus [*corrigentis*] i. Dei, ad quẽ pertinet corrigere. xliiii. dis. §. necesse. in fi. hoc ẽt facit apls, qui excõicauit in interitũ carnis, vt spũs fieret saluus. xj. q. iij. ipse ligandi. & c. se. & c. plerunque. alias potius ligatur, quã liget. xj. q. iii. illud plane. Nec obstet quo ad Deum. xxiii. q. iii. si qs non recto.

rectolʒ quo ad eccleſiã militãtem nocere videaẜ,vt ibi
[*quiſquis*] nil excipit, qui dixit quiſquis,vel quicunq;,de
mai.& obed.ſolitæ.ad.j. & de hoc de con iu.lepro. quē,
in fi. patet cm̃, ꝙ ſiue ſit ſacerdos curatus. ij.q.j.nemo.
vel alius prælatus,de offi.or. cũ ab eccleſiarum.vel abb.
de ſy.ſicut.vel prior,de ma.& obe.cũ in eccleſiis.vel Ar
chi.j.eo.Roma, & c.venerabilibus. j.rñ.aſtringitur hac
cõſtitutione,ad hoc.j.§.caueãt. ibi. iudices vniuerſi,all.
Io.mo.ſf.de hęre.inſti.l.hoc at.& vide,quod dicã.j.§.p-
xi.ſup j.gl.[*excommunicat*]i.excõicare incẽdit, loquimur in
3 ſnĩa hoĩs,q poteſt eē iuſta & iniuſta,ſnĩa † vero canonis
ſemp eſt iuſta. xl.di. erit.dicit Io.mo. hanc rõnẽ, quare
teſtes nõ cõpelluntur ſerre teſtimoniũ ſup excõicatio
ne canonis,quia illud eſſet ſup criẽ teſtificari,ſed nõ ſic
de ſnĩa hoĩs,quæ põt eſſe iniuſta.facit,quod dixi.j.de re.
iur.odia.in ſolutione qõnis in fi.[*In ſcriptis*] auctẽticis,
vel priuatis ẜm Inn.vide.s.eo.lib.de appel.cordi. ſup eo.
4 ver.& facit hæc lr̃a ad qõnẽ,de conſti.an † neceſſario ſit
ſcribenda,qm̃ ſcripſi. j.de reg. iur. nemo põt ad.& vide
quod ibi dixi in fi.[*proferat*] per ſeipſum non p notariũ,
vt quidã dicunt,alii,ꝙ ſufficit,ꝙ pñte iudice notarius le
gat,ita ꝙ iudex dicat,& nos talẽ in ſcriptis excõicamus.
Pet. de ſan. dicit Archi. hic vltimũ procedere in epõ. s.
eo.li.de re iudi.c. vlti. in aliis tenet primum dictũ[*cau-
ſam excommunicationis*] nullus em̃ ſine cã excõicandus
eſt.ij.q.j.nemo.xj.q. iii.nemo epõrũ. quæ cã non debet
eſſe minima,vt.c.q.epi.& c.nullus ſacerdotũ.Inn. ẽt cũ
denunciari mandatur,exprimi debet cã.c q.debent. in
fi.Cauſa aũt in excõicatione hoĩs eſt contumacia,vt di
cã ſuper gl.hic poſita,& patet c.ti.ſacro.in prin.[*expreſ-
ſe*]i.ſpãliter noĩatã ſpecie, noĩe & indiuiduo. ſi.ẜm Ho-
ſti.s.e.lib.de excep.pia.§.ſi quis igitur[*conſcribat*].i.ſimul
cãm & ſnĩam ſcribat, eſt enim neceſſe, ꝙ cã in ſnĩa ex-
primatur.vñ ſequitur pp quã,& cum Hoſt.Dicebat hic
Fran.ꝙ tres ſolẽnitates pręcedunt ſnĩam excõicationis.
ſ.iuſta cã,iuſtus motus iudicis,& monitio,de his.s.e.ſa-
cro. in ſnĩa requiruntur duæ, ꝙ ſnĩa feratur in ſcriptis,
& ꝙ cã inſeratur in ſcriptis,vt hic, poſt ſnĩam aliæ duæ
vna exẽplo ſnĩæ detur petenti.j. menſem,alia,ꝙ relaxe
tur ſnĩa.ſi abſolutio digne petatur.s.de offi.or. ad repri-
mendũ. diuerſæ aũt ſunt pœnæ prædicta non ſeruãtiũ,
vt in prædictis iuribus patet[*infra menſem*] eſt ſciendum,
ꝙ hic olim ſequebatur lr̃a poſt diẽ finẽ ſi fuerint &c.Et
hanc lr̃am,quia eſſe videbatur ꝯ opi.Hoſt.de qua hic di
cã ſuper gl. ipſe ſic ordinabat, infra mẽſem ſi fuerit req-
ſitus poſt diẽ ſnĩæ. & iõ dixit poſt diẽ, quia antequã lata
eſſet ſnĩa,eius exẽplum peti non poterat. facit. s.de de-
ſpon.impu.ad diſſoluendũ,c.ſi concor. Arch.ẽt non ad
uertens,ꝙ lr̃a eſſet deciſa, nec venit ſub bulla, gloſſat il-
lã,& ordinat,vt prædixi, quare hoc ſcripſi,videbis ſuper
gl.[*vel literas*]dicit Hoſt.hoc patere, ꝙ nedum per lr̃am
originalẽ & auctẽtica ſigillo iudicis,ſed ẽt per ipſius exẽ
plum ſigillatũ de excõicatione ſubditi ſit fides. ad idem
xij.q.iii.curę.de treu.& pa.c.j.de pro.poſt ceſſionẽ,vbi de
hoc,non debuit dicere Hoſt.hoc hic patere,cũ hic non
loquatur de exẽplo,ſed de eius requiſitione, nec hic lo-
quitur de ſigillo excõicantis, poterat aũt id dicere argu
endo,vt ſicut de requiſitione ſit fides per ſigillũ,ſic & de
excõicatione per exẽplũ ſigillatũ[*conſtitutionis*] quo ad
verba & mentẽ. ff.de legi. ſcire leges. Hoſti. [*temerarius*]
5 no.Hoſtiẽ.ꝙ † qui iuri reſiſtit,temerarius dr̃.j.eo.dilecto,
dicit Io.mo.per.l.cum quid.quã alle.hic gl.ꝙ temere fa
cit,q fatue,ſtulte, vel ſine cã fecit[*violator*]dr̃ nedũ vim
inferens,ſed ẽt corruptor,vel contaminator,ſeu pollu-
tor,vñ temere polluens & puniens ſubditũ eſt huius cõ
ſtitutionis violator,dicit Hoſt. puta,quia ex odio nõ ex
charitate proceſſit, vt in prin. vel cãm non expreſſit in
ſcriptis,vel non excõicauit in ſcriptis, vel requiſitus. j.
mẽſem exẽplũ non tradidit[*& diuinis*] ſi hoc non fuiſ-
ſet additũ extra eccl̃iam celebrare potuiſſet,vt no.j.e. is
cui.iii.gl.dicebat ergo Inn.ꝙ ſiue quis ſuſpẽdatur a diui
nis,ſiue ab officio,vel ab executione officij,vel a celebra
tione miſſæ, vel ab alio quolibet huius irregularis eſt,
ſi ꝯ iterdictũ faciat.vt hic,& s.c.ii. d re iu.cũ æterni.xj.q.
iii.ſi qs epĩs dãnatur,ꝙ ſi ſuſpẽditur a põtificalibus,& po
ſtea cũ illis celebrat,dicũt quidã forte nõ male ẜm Inn.
& placet Gui.in Spe.ti.ij.§.iuxta.C.ver.quid ſi quis epĩs,
ꝙ nõ eſt iuris,cũ id nullo iure caueatur.facit.j. c.is qui.
& qa pœnæ molliendæ ſunt,de pę. di.j.pœnę.itẽ põtifi-
6 calia † nõ ſunt de ſubſtãtia ordinis,vł officij,qa ſine illis
quodlibet officiũ fieri põt,ſubdit Hoſt.ꝙ ergo ſi talis cõ
ſecrat vel ordinat ẜm illos,qui dicunt, ꝙ epãtus non eſt
ordo,nõ erit irregularis,ſed ipſe ꝯriũ tenet,ꝙ ſit ordo,re
mittẽs ad no.de ſacr.vnctio.c.vno,poſt prin.de cõſecra.
eccl vel alta qua nec talia ſunt ſine põtificalibus ſolẽni
ter expediẽda,& rõne epãlis ordinis cõpetunt,vt in iuri
bus ſupradictis.& lxviii.diſt.corepi.& no.de elec.ꝙ ſicut
§.pterea.de vſu pal.c.fi.Io.mo.hic ſic probat,vt dicit,ille
7 eſt † ꝓprie irregularis[a] qui ordinẽ habẽs & eius executio
a ne carẽs ſe diuinis immiſcet, ordines aũt ſacri ſunt de-
putati ad ſacrificiũ corpis Chriſti,cuius ꝯficiendi ſacer
dos ptãtẽ habet, diaconus diſpẽſat hoc ſacramẽtũ a ſa-
cerdote cõfectũ, ſubdiaconatus eſt ſacer, qa miniſtrat
ad id ſacra vaſa,patet p id ſacerdotiũ mai[9] reliqs ſacr̃is,
cuius cõſecratio ſupaddita facit eũ ſacerdotẽ magnũ
in hoc,ꝙ ſacerdotiũ aliis cõferre põt, nõ differt ergo ſa
cerdos ab epõ ſpecie, ſed ſicut maius & minus, p quod
cõcludit, ꝙ licet ſuſpẽſus a diuinis ſe immiſcens ſit ir-
regularis,non tñ ſuſpenſus a pontificalibus, qa non eſt
ſuſpens[9] a diuinis, ſed ab additamẽto ad diuina,quare
ordinãs,vel cõſecrans aliquos irregularis nõ eſt. Rede-
undo ad gl. Inn.q̃ro,qd ſi ſuſpenditur a participatione
ſcr̃orũ: Dic,ꝙ participãdo nõ eſt irregularis.s. de cle.ex.
c.fi.talia enim nõ ſunt ordinis,nã & layci participãt ſa-
cr̃is ẜm In. qui dicit,quoſdã dicere,idẽ de ſuſpẽſo a col-
latione ſacr̃orũ,cũ quædã ſacr̃a, vt bap.ẽt per laycũ cõ-
feratur, de con.diſ.iiii.conſtat.& qa ſępe ſacr̃a eccleſiæ
ſine ſolẽnitate officij conferuntur. Itẽ licet ad ſuſpenſio
nẽ qñque ſequatur, ꝙ qs ſuſpenſus celebrare nõ debet,
hoc tñ nõ eſt ex natura ſuſpenſionis ſed ex quadã acci
dentali cõſequentia,& his rõnibus cõſideratis excõica-
tus minori celebrãs nullã irregularitatẽ incurrit. s. de
8 cle.ex.c.fi.ẜm Inn.qui dicit hic & Hoſt.poſt ipm̃, ꝙ † no
torius fornicator & ſimoniacus. dicit Ho. ſi celebrant,
ſunt irregulares, cũ ſint ſuſpenſi per canones a diuinis.
Inn.remittit,de ex.præ.tanta. Hoſt.s.de co.cle.veſtra. &
de ſymo.tanta.audire tñ poſſunt diuina, qd ꝓbat lr̃a.j.
exequi ſicut prius,ẜm Inn.ẽt dicit Io. mo.ꝙ tenẽtur ad
officiũ iſti,de quibus dictũ eſt,nõ vt officiantes,ſed vt ſe
creto debitũ ꝓſoluẽtes.aĩs pęna pſtaret immunitatem,
quod eſſẽ non debet.ff.de inter.& rele.l.relegatorũ.in fi.
[*ſuſpenſus*] ipſo facto, & eſt locus huic pœnæ, ẽt ſi ſnĩa
lata niſi in ſcriptis aĩs nõ tenuerit, puta pp legitimã ap-
pellationẽ præcedẽtẽ,vt dicã poſt Ab.j. c.ſtatuimus. in
fi.[*ſuperior*] quiſquis ſit ille, dũmodo ĩmediate ſuperior
ſit ẜm Ho.[*ſnĩam ipſam*] dicit Hoſt. in qua deficit vnũ de
quatuor,quæ dixi ſuper ver.violator,relaxans hoc in ꝯ-
fuſione pferentis, dici põt prima pœna, quæ oĩbus eſt
cõis ẜm Hoſt.ſed hic opponitur, ꝙ eſſet pronuncianda
nulla C.de ſen.& inter. l.prolatã.ij.q.vj.verſi.itẽ ſnĩa.Rñ
det Hoſt.hoc ſpãle in hac ſnĩa.xj.q.iii.c.j.& ſit rõ,reuerẽ
tia cenſuræ,de excep.pia.& vt obediẽdo creſcat per me-
ritũ.xj.q.iii.quid ergo. & vide, quod poſt Gof.ſcripſi, de
off.dele.cũ cõtingat. ſuper ver. impendẽda,& quia Ber.
hic dixerat,ꝙ ẽ ſimilis relaxatio.s.de reſcr.ab excõicato.
qõ excõicatur ꝯ cõciliũ generale.ſacro,Hoſt. hoc repre
hendit per eãdẽ decre. ſacro.ver. grauatur, vbi patet, ꝙ
abſoluitur cum iur̃o.Si Ber.intellexerit de relaxatione,
quã facere debet excõmunicatus, bñ dicit, ille enim ſi-
ne difficultate relaxare debet,vt ibi,ſuperior aũt non re-
laxat.ſed abſoluit,& vt dixit Hoſti. abſolutio cõpetit in
dubio,reuocatio,vel relaxatio cũ de iniuſtitia ꝯſtat.Idẽ
Arch.[*expenſas*]ſecunda pœna omnibus cõis[*intereſſe*]
quod ẜm Hoſt.ſufficiet probari per iuramẽtũ,cũ ſurgat

ex malo

ex malo, de quo remittit ad sum. de sen. excō. §. quis sit effectus. §. sed quia aliquoties. & idē no. in decre. sacro. su per eo. ver. & adde q̄d ibi no. Itē Io. mo. qui remittit, ̄s. de fo. cōp. dilecti. & vt dicit Hos. alia est cōdēnatio expēsarū alia dānorū. ̄s. de iniur. in nostra [*cōdemnetur*] tertia pœna oībus cōis. Host. & alias puniat, prout æquū visum fuerit iudicanti. ff. de va. & extraor. cog. l. fina. & c. quarta pœna oibus cōis, & sunt aliæ, de quibus Host. remittit. ̄j. eo, statuimus. ad finē. constat ēt, q̄ qui in multis delinquit, multipliciter puniendus. ̄s. e. lib. de appel. c. j. in fi. & de re iudi. cū æterni. in fi. vt pœna docēt, ad hoc. 17. quæst. j. si homo esset. xxviii. di. qui ea. & c. quia sunt culpæ [*sententias*] concor. ̄s. e. sacro. ver. cumque [*fulminare*] fulminat ergo indeliberatus, deliberatus aūt profert, vt ̄s. §. j. in princ. [*sententijs*] quæ fiunt ab officio, vel bñficio: vel a sacramentis, nā in aliis interdictis secus, de hoc. ̄s. de appellat. ad hoc. quia Inn. per hanc gl. Inn. dicebat Hosti. intelligendam lucrā de sententiis in personas non in loca obseruari. no. hic. x. in quibus cōparātur hæc tria. quorum quatuor posuerat hic Ber. & duo addebat Abbas. & aliqua scripsi in prin. decre. ad hoc qm̄. Primo, quia huius cōstitutionis forma ipsorū quælibet est seruanda,
9 vt hic. Secundo, quia † in his tribus præcedens appellatio tuetur appellationē, sequens nō. ̄s de app. ad hoc quoniā. & c. pastoralis. ̄j. e. is cui. §. vlti. Tertio, quia neutri debent celebrare diuina, ex quo sunt interdicta, de cle. ex. c. ij. & c. postulasti. §. fi. Quarto qa vtranque snīam præcedere debet monitio. ̄s. de appel. reprehensibilis. Quinto, quia vterque iurat prius, quā absoluatur, & in vtroque fieri pōt absolutio ad cautelā. ̄s. e. venerabili. Sexto, quia vtraq; snīa ēt superioribus est seruanda. ̄s. de offi. or. cū ab ecclesiarū. Septimo qa neuter durante snīa eligere, vel eligi, vel testificari potest. ̄s. de confir. cum dilectus. de electionib. cum inter. & de exception. apostolicæ. de testi. veniens. & in fi. Octauo, quia nō debet superior aliqd de ipsis disponere partibus non vocatis. ̄s. eo. lib. de ap. Romana. §. fi. & ̄j. eo. Romana. in princ. Nono, quia spāles filij apostolicæ sedis nulla istarū snīarū possunt ligari. ̄j. ti. j. veniens. & in priuilegiis solent illa inseri. ̄s. eo. lib. de priui. c. j. §. vltimo. Decimo, quia oīa cōprehendit appellatio censuræ. ̄s. de ver. signi. quærenti. dicit aūt, q̄ illa differunt a participatione, qa cū suspenso vel interdicto participare possum, nisi spāliter participatio esset interdicta. ff. de pœnis. mot. de seruis expor. cui peccato. [*cū excōicatio*] no. quod ire. cau. satris. dicit
10 ēt cū Ber. q̄ † proprie loquendo homo suspenditur, sed nō interdicitur, nisi improprie, vt ̄s. de rel. do. cum dilectus. de cle. ex. postulasti. in fi. Loca vero proprie interdicuntur ̄s. de spon. non est. licet in pœnā personarū, quæ delinquunt, & non loca, in auth. de man. prin. §. oportet. col. iii. debet ergo pp̄ id fieri distinctio potius in personis, q̄ in facultatib. xvj. q. vj. illud. in fi. tertio, quia effectus excōicationis latæ non pōt suspendi. reliquarū sic, de hoc satis in prin. decre. ad hoc qm̄. Quarta differentia patet. ̄j. eo. qa periculosū. Quinta patet. ̄j. eo. ti. prītī. Sexta. ̄j. eo. Romana. ad fi. Septima & octaua. ̄j. c. fin. §. j.
11 ver. dummō. & §. in festiuitatibus. Nona, quia † excōicatio non fertur pro aliena culpa. xxiiii. q. iii. si habes. interdictū & suspensio sic. ̄j. eo. si snīa. §. j. xvii. q. iiii. miror [*suspensionis*] vnius mēsis, de qua. ̄s. [*officii*] ad benedictionē mēsæ putabat Ber. & ponit Host. & Io. mo. hanc irregularitatis pœnā nō extendi, licet illa officio videant̄ incūbere. xliiii. di. pro reuerentia. & c. non liceat. de cōse. di. v. in oībus. Idē Guil. in Spe. ti. ii. §. iuxta. ꝓpositionis. ver. qd de benedicente, vbi tenet ꝯriū in benedicente aquā, per c. de cōs. di. iii. aquā [*irregularitatem*] qd si interest diuinis. Arc. hic ponit ad literā, quod scripsi post Inn. & Host. ̄s. de excess. præla. tanta. super ver. violauit. in prin. gl. vbi de hoc videas. ¶ Prima glo. summat ¶ Gl. vt quia. exēplificat, secūdo quærit, ponit opl. & soluit, tertio no. duas differentias. ¶ Gl. alias ergo. circa requisitionē hāc quatuor dicta ponit. ¶ Gl. ista alle. duas concor. q̄rit, allegat, affirmatiuē soluit ꝯriū. ¶ Gl. nunquid. quærit, & affirmatiue arguit, & ꝯriū soluit. secunda pars soluit qōnē. ¶ In gl. allegat ergo. ibi iudicibus can. in proxima cōcor. ¶ In gl. nunqd. ibi [*§. doli mali*] vis cōtinet in se dolū, sed non conuertitur. & ibi [*eum quem temere*] temere vocans in ius reddit sumptus litis. & ibi [*aequissimum*] non patietur prætor ad arma & rixā ꝓcedere, quos pōt sua iurisdictione cōpescere [*recusauit*] vide, qa gl. ponit. ¶ In gl. vt q̄a, ibi [*posse*] exēpla cōtumaciæ, nec aliter iusta snīa ab hoīe ferri pōt, & facit, quod dicā statim sup hac gl. Arch. ponebat alia exēpla de vocato, qui non vadit ad sinodū. v. q. ij. ꝑsenti. xviii. dis. si quis eps. & c. seq. in eo qui nō ꝓsequitur accusationē ceptā. iii. q. v. c. j. vel recusat facere id, quod pertinet ad ꝑcipientis officiū. vii. q. j. qa frater. idē si præcipiat, ne fornicetur cū certa fœmina, illū non parentē sine monitione, q̄ emendet, excōicare poterit, qa vere cōtumax est, refert aūt quosdā idē dicere, si super fornicatiōe gñaliter, vel simpliciter monuerit, q̄ ipse nō credit, qa sicut pro contumacia super expresso crimine debet excōmunicari vt hic, sic & sup expresso moueri, ar. ij. q. j. nemo. & huius snīæ fuit Inn. de ver. signi. ex parte. j. & ibi [*exprimere in scriptura & in scriptis excommunicare*] dicebat Host. q̄ sicut corporalis medicus prius cām infirmitatis inquirit, als cōpeteret sibi illud Galeni. Si cām
12 † ignoras, qūo curas, nō est tui muneris, sed fortunæ. sic & in spūalibus, & q̄ inquirenda sit cā, alle. de trans. c. fi. de lib. ob. c. ni. de spō. ex literis ̄j. de despon. impu. c. ii. de accu. cū dilecti. 19. di. c. j. & ii. C. de edic. di. Adria. tol. l. fi. ff. de transac. cū hi. §. nihil interest. & ibi [*dicunt quidam*] quod placet Io. mo. & Arch. & vide ̄j. in gl. per hoc inducunt ēt rōnē pœnæ moliendæ, de pœni. di. j. §. pœnæ. & ibi [*sed tutius*] scđm Host. qui & opi. attribuit Inno. sed veritas est, q̄ Inn. alternatiue sic locutus est, q̄ nullā elegit, nisi dicamus, vt scripsi post Host. ̄s. de pœnis. c. j. sup ver. de nostra. q̄ in opinionib' ꝯriis, quas ponit Inn. sua sit vltima. & ibi [*duas*] Arch. ponit alias duas, quia illa trahit secū executionē, de ap. pastoralis. alia nō. de iureiu.
13 venientes. Itē qa † interdictū extēditur ad futura. ̄s. eod. a nobis. de insti. ex frequentibus. aliæ non signāt ꝯria. ̄j. eo. Romana. §. caueant. ̄s. de sepul. in nostra. vtrobique tol. lūtur. & ibi [*non est necesse*] sūmo non tñ, ita q̄ cautius est non exprimere vt ibi [*& in fi.*] rōne huius multū instat Host. sed dic, q̄ cū excōicatio nō suspenditur per appel. sequētē. ̄j. e. is cui. diffinitiua vero sic, equū fuit causā exprimi, & imputet sibi, qui non appellauit a diffinitiua, vel sit de arbitrariis, sed ꝓsequendo Host. multū ipse dicebat mirandū, cū hoc sit, q̄ excōicationis, quæ fertur ab hoīe, vnica sit cā. i. cōtumacia. eo. ti. sacro. in prin. facit. xj. q. iii. nemo. & c. certū. in diffinitiuis non, diuersæ causæ possint occurrere. ̄s. de re iudi. cū cām. in fi. potius fuisset dicēdū ꝯriū, q̄ in illis esset exprimenda in ista nō sicut nec exprimitur ab eo, qui rē vendicat, qa vendicationis vnica est cā. s. dñiū. ff. de ex. rei iud. si mater. §. eadē. & §. actiones. si eñ est vnica, ergo certa. ff. si cer. peta. l. certū. dicit Host. q̄ si est vnica, tāto facilius exprimi pōt, sed verū est, q̄ licet gñalis cā sit vnica, causæ tñ cōtumaciæ sunt diuersæ, & ēt dixi super prin. huius gl. Habet ergo se contumacia ad spūalem curā, sicut infirmitas ad carnalē, cuius medico non sufficit scire illū infirmū, nisi & sciat infirmitatis cām. sic nec spiritualis scire contumaciā, nisi sciat & speciē. hæc enim sunt de traditionibus huius artis, q̄ ordo seruetur, & cā exprimatur, & snīa bono zelo ferat̄, & vltimū patet ex primis. vnde ꝓferens habet probare snīam iustā quo ad prima duo, quo ad tertiū ꝓbet cōquerens, quod dicit probari per decre. sacro. in prin. & ver. cumque. dicit ēt, q̄ excōicatio plus percipiat interlocutorie, quo. f. ad ptātē reuocandi, sicut aūt a iudice interloquente nō receditur per appellationē cā nō expressa, ita & iudex nō repellat sub diū per excōicationē, nisi cū expressione causæ. In diffinitiua vero cū appellent sine expressione causæ, sic &
14 ꝓferri pōt sine expressione causæ, dicit Io. mo. sicut † appellatio

pellatio ab interlocutoria iustificari non pōt, nisi ex cā expressa, q̄ dic, vt in cle. de app. appellationi. ita & excōicationis sn̄ia iustificari non pōt nisi ex cā expressa, & ideo exprimenda est. facit, qđ dicā. ĩ. e. venerabilibus. in fi. ¶ In gl. totale. vnde dicit Host. q̄ cōtinere debet excōicationē de verbo ad verbum & annū & diē, ar. de relcr. eā re. ii. q. viii. libellorū. ¶ In gl. per hoc. in fi. quasi di. nihilominus ferri debet in scriptis, & exprimi cā, q̄ ita cōueniunt gn̄ali sicut speciali sn̄iæ, imo plus generali, quæ non debet ferri nisi ex cā. ĩ. eo. Romana. §. caueant. plus dixit Host. q̄ si innominatus, q̄ cōprehendi poterat sub generali, petat exemplum, debet sibi concedi. ¶ In glo. alias ergo. ibi [*loco & tempore*] quod declarat Inn. vt si peteret a iudice, dū egrat, dū ostiū dicit, dū vult lectū intrare, itē debet expectare. & hoc vult secunda concor. non eīn debet esse semp cū sacco paratus, ff. de solu. quod dicimus. qui si iudex offert & excōicatus non vult recipe-
15 re, licet iudex prius denegasset, dicit Host. q̄ † semper infra mensem vltima mora nocet. ff. de peri. & cōmo. rei vendi. illud. quid si excōicatus statim petiit, & congruo tēpore expectauit, postea se absentauit, nec reperitur, dicit Host. & Arch. post eū, q̄ iudex debet mittere ad domū illius requirendo familiā & amicos. & in ecclesia publicare, q̄ per eū non stat, quin illud executioni tradat, & ɔsuluit, q̄ super altare ponat vnū, & aliud mittet ad illius domū, tradendo illud familię ipsius, & si nullus vellet recipere, dimittatur super bancā, & de hoc fiat instr̄m, sicut & de requisitione hic dr̄, & per hunc modū pœnā de qua hic dr̄, euitabit, allē. de ap. c. fi. de eo q̄ mit. in pos. c. fi. de do. & contu. c. fi. de offi. or. pastoralis. ad fi. & in fi. s̄m Inn. sed Host. dicit, mensem currere post sententiā & requisitionē, & idē Arc. licet æquitatē habere videatur hæc opi. dictū tn̄ gl. & Inn. vr̄ pterendū, cū ex ɔ̄rio sequeretur, q̄ post plures annos requirēs arctaret, p ferentē ad hāc pœnā, q̄ durū esset, cū interdū taliū scripturarū nō habeatur plena cura, & sæpe pereant, p hoc vides, quare in tex. psecutus fui lr̄am illā, post diē sn̄iæ, q̄ oli erat in tex. sed fuit in hac cōpilatione decisa, & illa decisio satis vr̄ facere pro opi. Host. sed ēt illa lr̄a nō impugnat, quod. s̄. dixi. non eīn dicit infra mensem, postq̄ fuerit reqsitus, sed dicit infra mēsem, si fuerit requisitus, vnde teneo quod. s̄. ¶ In gl. illa sunt. in fi. idē Ho. Io. mo. & Arch. ¶ In gl. quotiēcūque. ibi [*seruare debeat*] idē Host. & cū eo Io. mo. & Arch. dicit Host. q̄ satis æquū esset, regulares prælatos nō includi. arg. de appel. reprehensibilis. & c. cū speciali. in fi. tenet tn̄ ɔ̄riū, cum lr̄a sic gn̄aliter loquat, & qa in dubio tenedū est certius, & seruiendū verbis edicti, & quia hæc decret. innititur nō subtilitati sed veritati, quam decet maxime religiosos seruare. ¶ In gl. elapso. i fi. dicit Host. hoc verū. si sn̄iam seruauit, & peccatū ɔfessus sit, & pęnituerit. als sp quo ad se suspēsus remanet. s̄. de coha. cle. & mu. c. fi. ¶ In gl. de hac. ibi [*is cui*] Inn. in decre. sacro. recte tenuit, qđ ibi terminatū est. j. & ij. rn̄so. hic vr̄ innuere ɔ̄riū, q̄ sic suspensus celebrans non sit irregularis, cum suspendere ab ingressu ecclesiæ, non sit suspendere ab officio, cum etiam extra ecclesiam celebretur. & Host. ponēdo hoc dictū Inn. expresse ponit de eo, qui celebrat in ecclesia. ipsi tn̄ ɔ̄riū tenuerunt in decre. sacro. & hic loquitur Inn. opi. recitādo quorundā, vt placet ex eius verbis. ¶ In gl. s. in fi. vn̄ dicunt Ber. & Hosti. q̄ sine mora, sine satisdatione, sine causæ cognitione, & sine aliquo excōicati grauamine hoc fiet, cū euidēter appareat ɔ̄ constitutionē latū fuisse. ¶ In gl. quare in officio. ibi [*si quis episcopus*] & ĩ. c. is cui. in fi. primi rn̄. & in fi. idē hic Ber. & Ho. dicebat Fran. q̄ si intrat cū aliis legendo & cātando, locus est irregularitati, & sic intelligit illud, sicut prius positū, ĩ. c. si qs eps. ¶ In gl. pe. in fi. idē est, vt dicunt Ber. Inn. Hosti. & Arch. qa quo ad celebrationem diuinorū non est inter istos differentia, ita eīn phibiti sunt isti, sicut illi, sicut aūt requiritur contēptus in excōicato celebrāte ad hoc, vt iudicetur irregularis, q̄ probant s̄m Inn. verba pdictorū canonū, quia vnus dicit, ausi fuerint, alter, dicit psumpserint, sic & in suspēsis, vn̄ ignorātia, si est probabilis, eos excusat, si est crassa & erronea, eos nō excusat, sed reddet eos habiles ad dispensationem. s̄. de cle. excō. mi. apostolicæ. vn̄ vt scripsi, c. ri. clerici. sup. j. gl. habet ɔsuetudo, q̄ cū talib⁹, q̄ claues n̄ ɔtēpserūt, legati de latere dispēsāt.

ADDITIO.

a Irregularis. Quid sit irregularis, habetur, quid autem sit irregularitas, vide Bal. in addi. spe. de dispen. §. iiij. & ibi spe. & Cardi. in cle. j. xv. q. de ho. q̄ est impedimentum, seu repulsio diuini officij, quæ ipso iure iustigitur deciisori; per c. fin. de temp. or. Et quotuplex sit, refert Car. in cle. j. in iiij. nota. & q. xvij. de homi.

SUMMARIUM.

1 *Absolutio non est necessaria, vbi constat appellationem legitimā præcessisse.*

2 *Appellationem præcessisse si constat, sed dubitatur an sit iusta, fit absolutio ad cautelam cum cautione tamen de satisfaciendo, si apparebit iustam fuisse sententiam.*

3 *Excommunicatus si ius commune habet contra se, ei tn̄ est obicandum, dum est in probatione illius articuli, an sit exemptus.*

4 *Iniuria veritatem non satis est probare, nisi probetur notoria iuris vel facti.*

5 *Contemptus aliquando dicitur offensa, quæ si fuerit manifesta, præcedit emenda.*

6 *Appellatione pendente status appellationis remanet integer.*

7 *Dubitare de singulis non est inutile.*

8 *Absolutio ad cautelam nūquam venit, quando per commissionem legati potest prouideri super excommunicatione, nisi specialiter sit commissa.*

9 *Absolutio ad cautelam quid sit.*

10 *Cautela est proprie futurorum.*

11 *Clemens tertius primus fuit, qui expressit hoc verbum, ad cautelā.*

12 *Iudex quando debeat exprimere causam propter quam de nullitate sententiæ dubitatur.*

13 *Absolutio omnis etiam delecta non ad cautelam dicitur gratia.*

14 *Absolutio impediri potest per aduersarium opponentem, sententiam latam esse pro manifesta offensa.*

15 *Obiectio de manifesta offensa an procedat contra omnem potētem absolutionem ad cautelam.*

16 *Terminus octo dierum quare præfigitur ad probandam manifestam offensam.*

CAP. II.

SOlet nonnullis. Duæ sunt partes, in pria duplex quæstio. secunda ibi. & an. in secunda ibi, in primā ad vtrāque respō. & primo soluit primā. secundo excipit ibi. tertio exceptionē moderatur ibi. in quo casu. secunda secundę distinguit iudicialia & extraiudicialia, scđm ibi. extra iudiciū. & protestor, q̄ prolixa & confusa verba Inn, sup hac decre. me nō siuerunt esse breuiloquū. Ad intellectum aūt decr. q̄rebar Boa. quod erat facilius concedendū absolutio vera, vel absolutio ad cautelā. Rn̄det, q̄ qō residet in hoc. 2 quid sit impetrabilius iustitia, vel gr̄a. hoc intelligas per id, quod dicā. ĩ. sup ver. non negetur. Itē sciendū, q̄ Ioā. mo. hic diffinit absolutionē ad cautelā, de quo dicā in fi. expeditis gl. [*ad cautelam*] licet Inn. & Ho. hic instēt, an locū habeat absolutio ad cautelā, cū ex iurisdictionis defectu sn̄ia dr̄ esse nulla, tu dic in qualibet nullitate hoc locum habere. & hoc placet Host. ab idētitate rōnis, & pp hoc istud principiū loquitur gn̄aliter, & cōcor. Vin. s. de rescrip. ab excōicato. vbi dicebat, q̄ in decre. p tuas. illi duo casus ponebantur exēpli gr̄a. Et ponit hic Hosti. octo exēpla nullitatis, quæ & plura inde no. ĩ. e. pn̄ti. in gl. ij. non est ergo necesse mihi petere absolutionē, vbi nego me ligatū, ad cautelā tn̄ peti pōt, de of. dele. cū cōtingat. Dicit hic Inn. & Host. post eū, q̄ si ille, qui dicebat sn̄iam nullā ex defectu iurisdictionis, obtinuit, & ipse habet cōscientiā, q̄ fuerit iudex, pp quod ad cautelā extra iudiciū petit absolui. dicendū est ei, q̄ si habet psumptionē violentā & cōscientiā, q̄ esse: suus iudex, sine cautela & cū satisfactione debet petere absolutionē,

arg.

arg. ff. de pac. vul. significantibus, si turbat, adhuc petat
absolui, & satisfaciat si sine alterius iniuria fieri põt, si ñ
põt sine iniuria, tũc sine satisfactione occulte petat, & re
cipiat absolutionẽ, q̃ si excõicator denegat facere sine sa-
tisfactione alteri iniuriose recurret ad superiorẽ, qui eã
faciet. ar. ff. de iur. pa. nullus. & ꝓbatur hoc. ff. e. in quisitio
nis. hæc perplexitas tollitur, qñ a principio absolutionẽ
ad cautelã petit in iudicio, q̃ põt, vt ꝑdixi [*nullam*] dicit
Franc. sed male, q̃ idẽ si iniustã, hoc est falsũ, vt patet. ff.
eo. per tuas; fatetur eñ se ligatũ; ergo habet necesse dice
re absolutionẽ petere, nisi ad cautelam; potuit tñ error
Fran. procedere a gl. Ber. qui dixit, q̃ cũ olim in duobus
casibus fieret absolutio ad cautelã, hæc ꝯstitutio statuit,
q̃ cuilibet absolutionẽ petenti ad cautelã corã quocũ-
que iudice cõcedatur, hoc est falsũ, vt ꝑdixi, non enim
præstatur hæc absolutionis forma, nisi cũ nullitas sñiæ
allegatur; imo an in omni nullitate locũ habeat, reuo-
catur in dubiũ, vt ff. dixi, & adde, quod dicã sup. iii. gl. &
ipse Fran. dicebat, q̃ dubiũ primæ q̃õnis textus procede
bat, qa ꝯrietas videbatur in dicendo sñiam nullã, & pe-
tendo absolutionem; & sic non videbatur audiendus,
sed illud verũ, si simpliciter peteret [*contradicentes*] ex di
1 ctis Inn. format hic Host. quatuor regulas. Prima, q̃ † ab
solutio nõ est necessaria, vbi constat, appellationẽ legiti
mã præcessisse. ff. de offi. deleg. cũ olim Abb. in fi. Secun-
da, q̃ si constat, q̃ iusta sñia præcesserit appellationẽ, an
tequã ei cõiectus, est absolutio faciẽda, ff. e. cũ desideres,
Tertia, q̃ si dubitetur, vtrũ appellatio præcesserit, vel se-
cuta fuerit, & cõstat bis appellatũ, fit interpretatio ꝓ ap-
pellãte. ff. de testi. cũ tu. de ele. in i. illud. vel tertiũ. Quar
2 ta, † q̃ sit constat appellationẽ præcessisse, sed dubitatur,
an sit iusta, fit absolutio ad cautelã cũ cautione tñ de sa
tisfaciendo, si apparebit iustã fuisse sñiam vt hic, nõ tñ
valet appellatio, nisi cã fuerit expressa. ff. eo. lib. de ap. c. i.
de cuius expressione & veritate iudex habet inquirere.
ꝯ q. v. iudicantẽ. & si de expressione causæ non probat
appellans, nõ fiet absolutio ad cautelã, nã vt dicit Innoc;
in iudiciis non prodest veritas, nisi probata in foro ani-
mæ secus. primũ patet. de re iudica. cũ super. & c. i. subos
ta. secundũ, de hom. significasti. ii. de spon. ma. not [*arti
culo*] quid si quæratur, vtrũ sit appellatũ: vel vtrũ cã expres
sa sit legitima, tũc sibi nõ cõmunicabitur ẽt in extraiu-
dicialib. ar. ff. de ap. Romana. §. i. & n. ff. eo. p tuas. nisi for-
san modico tpe. dũ quærit aduocatũ, dũ cõducit hospi-
tiũ, vel cõponit sarcinulas, ar. ff. ex qui. cau. ma. l. ab ho-
stibus. §. si. quid si constet cãm legitimã, sed dicitur fal-
sa, semper põt cõicari extra iudiciũ, quãdiu appellatio-
nẽ proloqui põt. postea vero nõ. ff. de ap. ꝑsonas. & c. cũ
sit. facit. j. eo. licet. Quid si dicitur sñia nulla ex aliis cau-
sis, qa ꝓferens non erat suus iudex, distingue, aut ius cõe
facit pro proferente, vt quia excõicatus est de sua dioc:
& tunc non cõicabitur ei, nisi euidenter appareat nulli-
tas sententiæ. aut facit contra proferentem, puta, quia il
le est de dioce. aliena. & tunc ei cõicari potest, nisi cõsta-
ret euidenter sententiam esse iustam. ad hoc de app. soli
citudinem. & c. dilectis. in fi. facit de elec. venerabilem.
de rescri. cum contingat. de his autem, quæ medio tem
pore facit. remittit Inn. ad decre. pia. Dicit demum Inn.
3 melius videri, q̃ † & si excõicatus ius cõe habeat cõtra
se, et tamen est cõicandum, dum est in probatione illi9
articuli, an sit exemptus. cuius contrarium dicere graue
esset; nam si ipse te consulat, an debeat petere absolutio
nem ab excõicatore, tu consules, q̃ non, quia graue de-
trimentum fieret per id ecclesiæ suæ exemptæ. & si lici-
tum non esset hoc ei consulere, incideres in excõica-
tionem maiorẽ cõicando in crimine criminoso. i. con-
silium dando super eo, pro quo est excõicatus. ff. eo. nu-
per. j. eo. statuimus. quod esset absurdum ſm Innoc. qui
obiicit, q̃ ſm hoc insurgit cõtrarietas, quia propter ma
nifestam offensam denegatur absolutio, & ea non ob-
stante conceditur cõio. Respondet, q̃ primum est dene
gare gratiam, ad quam faciendam quis non tenetur, vt
dicam in gl. seq. secundò esset denegare iustitiã, & sic fa-
cere iniuriã, s. credendo vni parti in alterius præiudiciũ:
etiã si excõicator sit pars, vt sequitur, non negetur, p hoc
& per id, qd quærebat, an sine ꝯdictionis obstaculo &c.
Vr, q̃ absolutionem his casib. petitam ad cautelam supe
rior denegare nõ debeat, qd vr velle Ber. vt scripsi super
ver. nulla. Sed Inn contra, cum hæc absolutio sit de gra
tia. nã de iure esset, vt primo constaret de veritate causæ,
quã fieret absolutio. ff. de off. dele. cum contingat. & ꝯ ra
tionem huius inducta est hæc gratia, & sic nõ extendẽ-
da. ff. de leg. qd non rõne. nisi hæc fiat ab eo, qui potest,
& cũ Inn. fecerit hanc constitutionẽ, & nunc exprimat
intentionem suam, nil vr vltra quærendum. dicit Host.
q̃ nõ exprimit hoc vt papa, sed vt magister, & dicit se pe
ab eo audiuisse, q̃ nõ intẽdebat, q̃ gl. suæ facerẽt ius; Sed
nõne præsumitur ꝓ sñia iudicis, de renun. in ꝓsentia. Di
cit Inn. in ꝓiudiciũ alterius ꝓsumẽdũ nõ esse, quia oĩno
sit iusta, nec est ẽt aliquis condẽnandus ex ꝓsumptioni
bus, sed ex veris & iustis probationib. põt ergo superior
hanc absolõnem præstare, & si voluerit denegare ex di-
uersis coniecturis ad istorũ alterũ animũ informando;
ar. ff. de testi. præterea. & c. in nostra. & vide quod j. dicã i
2. membro formæ. Nec ob. hæc litera, quæ intelligitur,
negari non debere ad petitionẽ aduersarii, vt sequitur,
sed quid si excõicatus dicit sñiam nullam ꝑp exceptio-
nẽ suam. Dicunt quidã, q̃ non habet locũ absolutio ad
cautelã, sed prosequatur ius suũ, & exemptione probata
pronunciabitur sñiam fore nullam. & si dicat, q̃ iudex
noluit dare terminũ ad exẽptionẽ probãdã, & ꝑp id ex
defectu iudiciarii ordinis sñiam dicat nullã, cogetur iu-
dex eo ꝓbato sñiam reuocare, inquantũ de facto ꝓcesse
rit. als si diceres locũ esse in hoc casu absolutioni ad cau
telã, seq̃ret absurdũ, qa sem ꝑ illud iurisdõni ordinariæ, q
se dicit exẽptũ. ex quo sic absoluet, nec ad suũ iudicẽ re-
mittet, q busdã vr, q̃ sit absoluẽdus ad cautelã, & eũ ñ suã,
qa ipse exẽptus se obligat si ñ reputat, ẽ tñ necessaria ad
cautelã aliorũ, ne ipse exẽpt9 ex eo, q̃ ab aliis vitatur pa-
tiatur aliqñ detrimẽtũ. sed Inn. dicit primã opi. veriorẽ,
licet aliqñ & pertato superior. maxime papa talẽ ex cã
possit ad cautelã absoluere vocatis primitus euocandis
Host. placet, q̃ possit absolui, qñcũq; superiori videbitur;
ex quo nullitas allegatur, vt dixi super ver. ad cautelam:
Nec ob. absurditas, de qua ꝓxi. opponebatur, quia æque
posset mẽtiri de errore intolerabili, vel alia nullitate, nec
illud ẽt mouet, quia citantur, quos res tangit, vt statim
seq̃tur. citatus vero ꝯtrũ iudici ostẽdere poterit. Itẽ non
deficiet ꝑtis puniẽdi mẽdacẽ [*vel cõicator, vel aduersarius*]
hoc intellige iuxta distin. decr. venerabilib. in prin. j. eo:
& p hoc patet partẽ citãdã, vt proxime dixi, vel saltẽ sibi
significandũ, si aliqd vult opponere, qd negari non põt,
saltẽ ꝑp ꝯdictionẽ sibi permissam, de qua sequit, q̃ verũ
nisi spãle periculũ esset in mora. vel nisi papa ẽt extra iu
diciũ gratiã faciat, & sic loquit ſm Host. ff. e. xi. venerabi
li. & c. sacro. §. i. [*nisi*] ista exceptio quo casu procedat. &
quõ ꝓbetur, dicã in fi. qd ibi ponit Inn. [*manifesta*] i. noto
4 ria, vt in gl. dicebat ergo Inn. q̃ † nõ est satis ꝓbare verita
tẽ iniuriæ. nisi ꝓbetur notoria iuris, vel facti, hẽbit ergo
probare aliqd factũ manifestũ, qd in sua natura sit iniu-
riosũ, & tale, qd sufficit ad excõicationẽ ꝓferendã. qd si
excõicator, vl is, p quo lata est, ꝓbauit iniuria manifestã
excõicatus dicit, q̃ nõ fuit iniuria, cũ id fecerit ad tuitio
nẽ iurisdictionis suæ, ff. de ele. cũ eccl'ia. & ad id ꝓbandũ petit dila
tionẽ, nunquid interim absoluetur. dicit Inn. & idẽ Ho.
q̃ nõ, qa hic nil põt aduersario ĩputari. C. de tẽ. in int. re.
l. peredæ. & ĩputet sibi. qa replicauit, & ꝓbauit. cũ fuit op
positũ de manifesta offensa. ad hoc ff. e. li. de testi. ꝑsẽtiũ.
& ff. de ꝓb. licet. ver. in dubio, & adde, qd hic no. ĩ gl. dixit
Ber. dicas, & exigetur ab eo iurm, q̃ id malitiosè nõ op
ponat ſm Fran. facit ff. e. li. de sur. cal. c. ii. in fi. offensa fa-
cta ꝯ hoĩem, de qua monitus satisfacere noluit ad man
datũ iudicis. & iõ fuit excõicatus. vnde non est absoluẽ
dus nisi satisfactione ꝑmissã, vt sequitur, & probatur. de
verbo.

verbo. si. ex parte. & c. cũ olim. ſm Ber. & pp decre. vene
rabilib. ſ. c. decidi pōt notatũ hic per eũ. & Hoſt. q poſt
Inn. diſtinguũt. an iub:atur. quod eſt in faciendo, puta,
q te reſtituas, vel exhibeas, de qbus no. de do. & cõt. c. ij.
5 in j. gl. & tunc cõtẽptus dr̃ offenſa, quæ ſi fuerit maniſe
ſta, præcedit emenda. ſi vero iubeatur, q eſt in veniẽdo,
tunc cotẽptus eſt contumacia, & ſufficit cautio. Sed hic
ẽt diſtinguitur, an ſit manifeſta, vt ibi. §. ſecus. & §. ſequẽ
tibus [*viij. dierum*] non computato die, in quo ꝑponit ſm
Hoſt. per iura hic alle. in prin. gl. [*probauerit*] & ſi non ꝓ
bauerit cõdẽnetur in expenſis per hoc factis. ſ. de excẽ
pia. de reſti. ſpo. frequens. c. l. ſ. de dolo. ſinia. c. ñ fundata
ſit intentio actoris ſm Fran. [*ſufficiens*] quid ſi de hac ſa
tiſfactione, vel de inferiori ſatiſdatione ſit diſcordia in
ter ptes, quia alter dicit illã nimis magnã, alter nimis
paruã. dic ſm Inn. ad. arbitriũ iudicis non alterius par
tiũ recurrendũ. ſ. de ver. ſi. cũ olim ff. de pig. ac. ſi ſeruos.
Sed qd ſi de ſatiſfactione maxime iudex dubitat, an ſit
ſufficiens, nũquid hoc dubio pendente differretur abſo
lutio? hic q nõ, ſed facta ſatiſfactione vſque ad quãtita
tẽ, de qua certũ eſt, & recepta ſufficienti cautione ſuper
dubio ſtatim fiet abſolutio, arg. ſ. de eo qui mit. in poſ.
c. ii. & iii. Et dicit Hoſti. hoc bene ꝓbari. ſ. eo. ſacro. §. vlt.
[*cautio*] dicit Io. mo. hoc ſumi potuiſſe ex. l. iii. C. qui. ad
lib pro. nõ licet. nam ſi poſſeſſus in ſeruũ proclamat in
libertatẽ, aſſertio, negatio & ꝑſumptio, q ſit liber & ꝯria
poſt faciunt rẽ dubiã iſte aut ſtatim acquiſita ex re dñi
ca vel operis debet reſtituere poſterior. ſed q̃ſita ex deſti
tutione, vel donatione nõ, donec cõſtabit illũ liberũ vel
ſeruũ, & qa iſta pẽdent ex euentu iudicii cępti, ꝓſpicie
tur huic cauſę per cautionẽ. dicit gl. j. cautelã. i. p fideiuſ
ſores idoneos, vel taliẽ cautionẽ iuratoriam. C. de aſſer
tio l. j. §. ſuper. & ſi hoc nõ pōt fieri ꝓſpicietur per ſeque
ſtrũ, vt. d. l. ii. in fi. & C. de or. cog. l. fi. & qa hoc caſu non
pōt fieri ſequeſtratio, recipietur ꝑdicta cautio, ſ. vt lit. nõ
cõte. tuæ. [*pendente*] ex hoc ſcire pendẽte ẽt, an abſolutio
ne indigeat, an ꝓnũciari debeat non ligatus, de offi. de
leg. cũ cõtingat [*euitetur*] cũ enĩ ſarcatur ſe excõicatũ, li
cet poſt appellationẽ & confeſſus in iure & c. ſ. de cõfeſ.
c. j. merito iudex illũ repellet. donec de appellatione cõ
ſtet, ſi prius abſoluatur ad cautelã, tñ q hic dr̃ illũ non
euitãdũ, intelligitur ſi de excõicatione excipiatur, tene
retur enim, quod cũ ipſo fieret, ſi non excipietur. de ex
6 ce. pia [*extra iudicium*] hoc eſt in iudicũ, qa ſ pendente ap
pellatione remanet integer ſtatus appellantis. ff. de in
iuſ. rup. & irri. te. l. ſi qs exhęredato. §. hi aũt oẽs. & §. ſeq.
ergo non debet vitari, qa nec appellatione pendente,
nec iure priuãdus eſt cõione ecclię. in qua erat, nec puer
tenda eſt hmõi quaſi poſt liberta. in qua erãt. ff. nu no.
ap. pen. vna. ſ. vt li. pẽ c. i. & ii. ſm Hoſt. vn q tit. c. i. [*legiti*
mis] vel cõibus. ſ. eo. lib de excep. pia. cum pp ſpãlẽ rõnẽ
in his caſibus nõ vitetur excõicatus extra iudiciũ, patet
a ꝯrio, q ſaltẽ vbi ſnĩa nõ aſſeritur fore nulla ĩ oib. alijs,
ẽt extra iudiciũ euitabitur, ar. xxv. di. qualis. de ꝑſum. nõ
ne. ff. de iudi. cũ ꝑtor. ergo nulli notorio excõicato cõi
cari debet in ꝯctibus, nec valet, quod ibi agit excõicatus
ad vtilitatẽ ſuam ſm Hoſti. qui remittit ad notata in
decre. pia. [*Admittatur*] olim iſte finis reſtringebatur ad
ſnĩas ẽporum per decre. quia periculoſũ. ſed illa pars ho
die eſt ſublata. ¶ Prima gl. ſum mat. ¶ Tertia glo. rñ. per
qõ. an ẽt delegatus abſoluat ad cautela. ponit duas opi.
ꝯrias ad ſecundã obiicit. & rñdet dupliciter. ¶ Gl. i. expo
nit, prorogat, dubiũ ſoluit, quod per quatuor iura exepli
ficat. ¶ Gl. dixit, rñdet per qõne, an ex cã augeatur dila
tio. ¶ Antepe. gl. de rõne q̃rit, & tres reddit. ¶ Vltima gl.
reſpon. per qõnem, an ſtatim efficax ſit amiſſio. ſoluit
& remit it, ſignat contrarium & ibi remittit. ¶ In glo.
quia. ibi [*l. vlti.*] vide in c. qua fronte. de appellation. in
gl. qa pp. ¶ In gl. antepe. ibi [*quoti s*] vide de reſti. cãm. ij.
ſuper vl. gl. ibi [*quidem ſecundum*] in opus publicũ perpe
tuo datis & dãnati in inſulã ea, quæ ſunt iuris ciuilis nõ
habent, ſed habẽt, q̃ ſunt iuris gentiũ. ¶ In gl. ij. in fi. de q
7 bus philoſophus. † Dubitare de ſingulis non eſt inutile.
Io. mo. ¶ In gl. iii. ibi [*quod quilibet*] Ber. in duob' errauit,
primũ dixit in textu ſuper ver. nulla. ſecundu ſuſpenſit,
ex eo, quod decre. per tuas. c. ii. dixerat, quod ſedes Apo
ſtolica cõſueuerat cõcedere abſolutionẽ ad cautelam,
& quaſi intelligeret id inferioribus nõ licere, dixit hoc
nouũ per hanc decre. inductũ, quod quilibet & c. vt ſe
quitur, ſed illa verba non ponebantur ibi ad deſignan
dũ aliud ſpãle in papa, ſed ad inſtruẽdũ, quale remediũ
poſſet haberi in illo dubio. & ibi [*ordinarius*] ẽt & ipſe q
excõicauit q̃ſque ſic abſoluit, vt ſcripſi poſt Inno. &
Hoſt. ſ. c. per tuas. ſuper ver. conſueuerit. ver. quid ſi ali
cui. & ibi [*alij*] Hoſt. & Io. mon. ſed Arch. non vult acce
dere huic dicto, dans caſum de illo qui per teſtes vult ꝓ
bare qui ſunt excõicati, & per alios liquere nõ pōt, vide
tur, q ẽt delegatus tales abſoluet ad cautelã, ar. de teſti.
veniens [*& in fi.*] inducit, quod ibi no. Gof. & Hoſt. & fa
cit, quod poſt Hoſt. ſcripſi in dec. per tuas. in ver. quẽ ꝑx.
allegaui. & Io. mo. ſatis prolixe vult accedere huic dicto
8 dicẽs, q † qñ per cõmiſſionẽ legati pōt ꝓuideri ſuper ex
cõicatione, nunquã venit abſolutio ad cautelã, niſi ſpe
cialiter ſit ꝯmiſſa, ſed qñ nil eſt tactũ in reſcripto, ſed in
cidit canões de excõicatione teſtis, vt dictũ eſt, puta ab
ſolutionẽ ad cautelã per quẽcunque iudicẽ ẽt delegatũ
